

eum profectus Domini imploravit misericordiam, ac manum suam super eum posuit, & illico ægroti ipso, non solum corporis salutem pristinam reddidit, verum etiam simul & animæ ejus infirmitates sacra oratione curavit.

b. 12 Aliud quoque summæ patientiæ miraculum, narrante quodam fidelī viro comperimus, qui nobis retulit, supra nominatum alnum virum cum quadam die cum ceteris comitibus sui itineris, per loca quæ urbi *Egitaniæ* (1) contigua sunt, pergeret, atque provinciæ *Lusitanie* eximiam urbem *Emeritam*, ob desiderium egregiæ Virginis *Eulaliæ*, peteret; quatenus inibi sacra vota mentis suæ, sacratissimis persolveret cordis sui affectibus, ut fasis in conspectu Dei dulcifluis (2) precibus perceptisque à Domino Iesu-Christo largiflua pietate postulationis effectibus, ad Insulam, quæ in territorio *Gaditano* sita est properans, admittente Domino perveniret. Sed ut supra diximus, dum in *Egitaniæ* partibus, viæ suæ carperet iter, accidit, ut cuncti qui in Collegio Beatissimi Viri iter agebant, paululum præcederent. Ipse vero subsisteris in abdito nemorum, sylvarumque densarum secretissimo loco, paulisper orationi incubuit; qui dum humo prostratus jaceret, antiquus hoīis omnium bonorum semper invidus, quemdam rusticum, ac plebejum virum, confestim ad locum in quo vir Dei orabat, furibundum perduxit. Qui dum Virum Dei eminus vidisset, eumque singularem, vili habitu, excalceatis nudisque pedibus, inter fruteta conspexisset, ut sese habet rustica mens, eum ex vilitate cultus contemnens, ad eumdem virum, temeritate insanæ fretus, propius accessit, eumque fugitivum existimans, procacioribus verbis conviciando, lacescivit, ac nihil cunctatus, idem rusticus petulanter multis contumeliis verborum eum objurgavit. Sed dum vir Dei respondens, tranquilla mente, diceret: *Plane fugitus non sum, & ille ē contrario fugitivum omnibus modis esse perhiberet, & eo usque instinctu diaboli irritatus est, ut eum veste quem gestabat manibus, istū verberaret.* Quod cum vir Dei patienter sustineret, & ille percutere non desisteret, mox ei signum crucis fecit, statim eum dæmon in terra adlîsit, atque ante pedes Sancti Viri resupinum corruere

(1) Tam. & Sand. *Eltaniae*. (2) *M. dulcissimis.*

fecit. Et eo usque debacchando laniavit, quo usque eum in proprio sanguine involutum crudeliter discerpens, cruentaret. Sed vir Dei Sanctus, protinus oravit, & pristinæ eum sanitati absque ulla difficultate restituit.

13 Nunc igitur non prisca, sed moderna; non vetera, sed novella; non vanis quibuslibet fabulis ficta, sed miracula veritatis indicio declarata, narrante venerabili viro *Benenato Presbytero*, quemadmodum gesta sunt, veraciter comperimus. Et ob hoc hujus in paginulae seriem breviter, sicut ad nos perlata sunt, adnotari omni cum veritatis studio procurabimus. Denique jam dictus fidelissimus Vir retulit, dicens: dum de provincia Lusitaniae cum Sanctissimo Viro FRUCTUOSO ad provinciam *Beticam* pergerem, & imbriferi aëris immensas, ac juges pluvias, ut potè hyemis tempore, per multos dies inde sinenter exhiberent, & ex multitudine imbrium, nimium fluminæ excrevissent, accidit die quadam puerulum cum caballo qui codices ipsius viri Dei gestabat, dum transmeare cum ceteris collegis suis nititur, in amnis fluenta profundissima cecidisse, & diutissime barathro gurgitum cum ipsis libris demersum fuisse. Tandem igitur, suffragante Domino, à lympharum discrimine ereptus, & crepidine alvei: madefactus licet, pertingere tamen meruit incolumis. Idem autem S. Vir paulo post eos pede proprio, ut ei semper mos erat, absque vehiculi juvamine properabat. Cumque ad suos pervenisset comites, dictum est illi, quod omnes codices sui in aquam cecidissent. Ille vero in nullo penitus commotus, sereno vultu, hilarique facie, absque aliqua moestitia ejici de marsupiis, & sibi præsentari præcepit. Sed ita eos reperit siccios, ut illos fluvialis liquor nullo modo contigisset, nec madidos humor, vel tenuiter, facere potuisset.

14 Aliud quoque mirabile factum, quod supradicto viro referente cognovi, silentio occultare non debeo. Quadam die, ipse B. FRUCTUOSUS devotionis implendaæ gratia, de civitate *Spalenſi* ad *Basilicam* S. Gerontij (1) navigio profectus est. Et dum ibidem desiderij sui vota admittente Domino, devotus per-

(1) Hieronymi, apud Hensch. Scripti tamen Codices Goth. perspicue Sancti Gerontii.

solvisset , & vesperascente die , iterum redire , unde venerat , disposerisset , Nautæ ipsi qui per longa spatia pelagi navim gubernaverant , fessi labore navigij , non solum quòd vires ad gubernandam navim non habere se dixerunt ; verum etiam quod diei pars extrema jam supereffset , cœperunt querimoniari . Quibus ille ait : *Depreco vos , ut accipiatis paululum cibi in refectionem , & quia lassi estis , vel paululum quiescatis , dum & ego officij mei impleo cursum . Nam & hoc quofo , ut remos hujus navis tollatis , & sic paululum dormiatis .* Quibus statim obedientibus , & juxta præceptum remos naviculæ auferentibus , vel etiam obdormientibus , illico Sanctus vir orans , & officium sacrum cum fratribus suis perfungens , nullo homine navim contingente , sed Dei sola manu gubernante , ad ulteriorem amnis ripam celeriter transmeavit . Nautæ verò subito expergefacti supervacuas eidem viro inferebant querelas , dicentes : *Transfretemus jam , quia inter noctis tenebras non bene possumus navigare .* Quibus ille ait : *Nolite ò filioli vos fatigare , quia absque vestro labore , Dominus nos ubi desiderabamus jam perduxit .* Qui cum surrexisserent , atque se in alteram partem ripæ fluminis esse conspexissent obstupefacti , turbatique mirabantur quidnam fecisset Deus .

15 Nam & aliud retulit , quod omnibus modis verum esse adfirmabat , dicens : *Quadam Dominica die dum imbres procellosi inæstimabiliter essent , idem sanctissimus vir de civitate Spalense ad Insulam , quæ sita est in territorio Gaditano pergebat .* Quem dum multi cives præfatæ civitatis , vel etiam Antistites ipsius urbis , obnixe ibidem retinere vellent , ut quia Dominicus dies erat , vel certè quia aëris non esset temperies , si non amplius , saltem usque post Missam , inibi sustinere annueret , quibus taliter respondisse fertur : *Nolite obsecro me retinere , quia Dominus direxit viam meam , sed si pro mea injuria satagitis , & aliquid pro ista pluvia formidatis , certissime sciatis , quia amplius hodie pluvia , quam usque ad secundam diei horam , non erit .* Quod ita gestum omnes viderunt , qui præsentes fuerunt . Et postquam ille hora secunda navem conscendit , statim pluvia desit , & usque in quartum diem , quandiu ad locum quo tendebat , peraccederet , non pluit , sed tribus diebus , juxta quod prædixerat , multa tranquillitas fuit . Unde conjicere posse

sumus, quia tandem minime pluit, quandiu S. Vir navigans, ad locum destinatum perveniret. Cumque præfatam, sufragante Domino, *Gaditanam* ingressus fuisset Insulam, ex alia parte quasi Sol oriens inluminaturus *Spaniam*, ædificavit Sanctum, ope Domini, Monasterium, solitisque, cœnobiali ritu, regularis illud instruxit exercitij rudimentis.

16 Denique in abdita, vastaque, & à mundana habitacione remota solidudine, præcipuum & miræ magnitudinis, egregium fundavit cum Dei juvamine cœnobium, & quod ab ora maris IX. M. distet, ei nomen dedit NONO. Ibi (sicut à Religioso viro *Juliano* Presbytero, qui in eodem cœnobio adolevit ex parvulo, fideli narratione cognovi, & breviter intimabo) tanto gloriosissimus & incomparabilis vir, rutilorum (1) radians exemplo meritorum, ita ardore fidei accendit animos populorum, ut catervatim undique concurrente agmine conversorum immensus fieret chorus. Et nisi Duces exercitus Provinciæ illius, vel circumseptus undique confinibus, Regi clamassent, ut aliquantulum prohiberetur, quod si fas fuerit permissionis, non esset qui in expeditione (2) publica proficeretur; innumerabilis sine dubio congregaretur exercitus Monachorum; ita ut non solum virorum, sed etiam animi inflammarentur feminarum. Et cum in eodem Sanctæ Congregationis loco accendi aditus non esset mulierum, ordinem referam quemadmodum facta est Congregatio Puellarum.

17 Quædam Virgo Sacratissima, nomine Benedicta, claro genere exorta, atque ex *Gardingo* Regis sponsa, ardore fidei, & flamma amoris Sanctæ Religionis succensa, à suis occultè fugiens parentibus, sola ingressa est diversa eremi loca deserta, & sic per invia & ignota errando loca, tandem, duce Domino, appropinquavit ad Sanctam cœnobij Congregationem. Non audens proprius accedere, (3) sed procul in deserto subsistens, suggestit per interpunctios Sanctissimo Dei viro, ut ovem errantem de luporum faucibus liberaret, & in viam salutis dirigeret, & animam quærentem Dominum spiritualibus disciplinis instiueret, qualiter hoc à Domino, qui ovem perditam humeris suis

(1) Ita Hens. melius quam in Tam. 9^o Ms. (2) Ms. ope sanata que in editis hic sunt vulnera. (3) Tam. per accedere. Hens. non audens vero accedere.

fuis reportavit, reciperebat. Ille vero hæc audiens immensas omnium potenti Domino retulit gratias, & jussit ei in eadem deserti sylva parvam facere mansiunculam. Et ut præfatus vir refe-
rebat, quia de senioribus nullus ad eam appropinquare aude-
bat, sed ex nobis parvulis unusquisque vice sua, illi literas ostendebat, & substantiam ministrabat, & ita cum multa con-
juratione suggestit, ut nunquam illi cibus aliquis portaretur, nisi cum Beatisimus Vir, licet media nocte, reficeretur, &
ab eo sanctificatus illi dirigeretur. Hæc nempe spiritualibus studiis diligenter intenta, cum ejus fama per diversas terras fuisse laudabiliter propalata, tantus desiderij ardor inflamma-
bat ceteras diversorum filias, ut undique alacriter confluueret eximia seminarum caterva, ita ut intra breve temporis spa-
tium *Octogenarius* in Congregatione numerus Sacrarum Vir-
ginum compleretur. Quibus in alia solitudine more solito,
construxit Monasterium. Tanta itaque in utroque sexu almi-
fica florebat sanctitas, atque eximia crescebat fama perfectio-
num, ut viri cum filiis suis ad Sanctam se converteant Congre-
gationem Monachorum. Matronæ vero earum cum filia-
bus suis Sancto se sociarent consortio puellarum. Sponsus ve-
ro sape dictæ Virginis Domnae *Benedictæ* cum dolore, & moe-
rore ingenti stoliditer adversus eam, immensus perfida laboris invidia inimici, suggestit Regi. Sieque de præsentia Regis le-
vavit judicem, qui inter eos examinaret judicij veritatem, Comitem nomine *Agelate*, (1) qui venit ad Monasterium Virginum Regia procinctus auctoritate. Compulsus vero Præ-
politus Virgintum, ut præfatam Virginem de Congregatione secernens, præsentaret qualiter Sponso suo responderet. Quæcum violenter fuisse egressa, ita oculos in cælum intendens reticendo (2) intra se insistebat, ut faciem illius minime vi-
deret. Cumque ille adversus eam assereret, ita per gratiam Domini, Spiritu Sancto replera, enim paucis adclusit (3) verbiis, ut ultra ei quid diceret non haberet. Tunc ipse judex di-
xit: *Dimitte eam Domino servire, & quare tibi aliam uxorem.* Post hæc eandem Sanctissimam Virginem jussit divina pietas, intra breve temporis spatium, de hoc sæculo migrare. Ita fac-

(1) *Ms. Agelate.* (2) *Ita Ms. alij, recitando.* (3) *Hensch. concitat.*

tum est per ineffabilem Domini electionem, ut quæ in sancta conversatione cunctarum Sacrarum Virginum illarum præcesserat chorū, præcederet & in sancta conversatione ad supernam gloriam Regni cœlorum, per eum qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

18 Beatissimus verò Fructuosus, cum exemplo suo excellentissimæ Sanctitudinis coruscante splendifua claritate cunctam illuminasset Spaniam, atque per singulas diversarum regionum Congregationes Monachorum ad instar innocui cordis sui perfectorum enutriisset agmina discipulorum, ita ut usque hodie nuperrime convertentes, per ordinem priorum discedentium Sanctorum seriem (1) invicem suscipientes, illius antiqua quasi hodierna florent, exempla, & usque in finem mundi fructus ejus operis gignat, & gloria semper innovetur (2) memoria, atque in regno cœlorum, gregis ipsius multiplicentur quotidie agmina copiosa.

19 Postquam autem cunctam Sancti operis sui devotionem, suffragante supernæ virtutis opitulatione, ad summam perduxit perfectionem, succedit eum immensus sancti desiderij ardor, ut partem occupans Orientis, novam arriperet peregrinationem. Cumque hæc cum paucis electis discipulis claram perrtractasset, & navem sibi ad subvectionem præparasset, quam omni prædestinatione conscendens transfretaret ad Orientem, ab uno proditore detectus discipulo, egressionis aditum non valuit impetrare. Quid multa? Cum hæc agerentur pervenit ad Regis illius temporis auditum. Formidans igitur Rex, & omnes prudentes, illi familiariter adistentes, ne talis lux Hispaniam desereret, jussit eum sine aliqua molestiæ perturbatione comprehendere, & ad se usque perducere. Cum autem eum perduxissent, atque cum nimia formidine illum custodirent; nocte igitur (ut fertur) habitaculi ostium in quo manebat missis extrinsecus catenis, & seris diversisque duris obserantes claustris, ipsi ibi insuper custodes permanebant. Cumque intempestæ noctis silentio expurgiscerentur, claustra procul abjecta, ostiaque patefacta cernebant. Ille ve-

(1) Ita Ms. deest tamen seriem in ceteris. (2) Reg. Bibl. Cod. inveniatur.

rò per Sanctas Ecclesias orans securius pietatem Domini deprecabatur.

20 Post hæc videlicet, licet invitus, contra voluntatem suam languoris moerore depresso, pertinaciter resistendo in Sede *Metropolitana* dono Dei, ordinatus est Pontifex. Tanto igitur suscepto honore, pristinam non depositus conversationem, sed in eodem habitu, in eodemque solito abstinentiae rigore persistens, residuum vitæ sua tempus in eleemosynarum dispensatione, atque Monasteriorum consumavit ædificatione.

21 Iterum inter *Braccarensem* urbem & *Dumiense* Coenobium in cacumine modici montis præcipuum ædificavit Monasterium, ubi Sanctum suum humatum est corpus. Tanta illi fuit intentio in Sanctarum Ecclesiarum ædificationem, sicut viri Dei *Cassiani* Abbatis, ejus primi discipuli relatione cognovi, ut cum ante multo tempore suum præcognovisset, sanctum imminere obitum, & cum multa illi esset cœpta operatio ædificationum, propinquante scilicet vitæ presentis occasu, non solum diurno tempore, sine intermissione operabatur, sed etiam nocturnis horis, lampadibus accensis, in eodem opere perseverabat, ne de hoc sæculo discedens opus sanctum relinqueret imperfectum. Sicque, ope divina adjutus, cuncta quæ fideliter cœperat, diligenter consummavit, & fideliter (1) dedicavit.

22 Finis quippe termino propinquante, febre corripitur & cum per aliquos dies vi febrium teneretur, quadam die supplicants tempus, à quo illi finis suus dudum fuerat præfigitus, (2) inventus ipsum instare diem quo de hoc sæculo erat migraturus. Nunciavit adstantibus. Cunctis autem flentibus, solus ille exultabat, quia proculdubio sciebat quod ad cælestem sempiternamque gloriam properabat. Interrogantibus eum, si timeret mortem, respondit: *Non timeo plenè, scio enim, quia et si peccator, ad presentiam Domini mei ambulo.* Post hæc jussit se ad Ecclesiam deportari. Et cum jam domus suæ omnia haberet ordinata, unum vernulum suum nomine *Decentium*, (3) qui illi be-

(1) Ita Ms. Tam diligentia... & honorabiliter. (2) Ms. presagatus. (3) Ms. Dicentium. Hens. Dicendarium.

bene à parvulo servierat, résiduum habebat: jussit eum vocari, & imponens ei manum, ordinavit eum Abbatem in præcipuum Turonio (1) Monasterium. Sic denique accepta legiti-
timè pœnitentia, non est egressus de Ecclesia, nisi ibi ante Sanctum prostratus Altare, jacuit diem illum, & totum noctis spatium. (2) At exurgente lucis crepusculo, expandens manus ad orationem, suum immaculatum & Sanctum in manibus Domini tradidit Spiritum, qui Sanctos suos coronat per bonam confessionem. Ad Sacratissimum Sancti corporis ejus se pulchrum euntibus cunctis, perseverant signa virtutis; (3) nam & infirmi ibi sanantur, & dæmones effugantur, & qui cumque mœrens ejus invictum postulat auxilium, statim plenum à Domino petitionis suæ consequitur fructum, præstante Domino Nostro Jesu-Christo, qui cum Deo Patre, & Sancto Spiritu, vivit, & regnat in sœculorum. Amen.

TRANSLATIO S. FRUCTUOSI & aliorum, Bracara Compostellam.

Ex lib. 1. Historiae Compostellanae Ms.

ANNO igitur Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo secundo, venerabilis Pater Didacus secundus Ecclesiæ S. Jacobi Compostellanæ Sedis Divina præstante gratia Episcopus, secundo Episcopatus sui anno, Ecclesias, cellas, & hereditates, quæ in Portugallensi pago Compostellanæ Ecclesiæ juris esse cognoscuntur, ut justum est, visitare decrevit. Ad bonum namque pertinet Pastorem, ut tam exterioribus Ecclesiæ suæ bonis, quam interioribus provideat: & si quid detrimenti vel aliquid inordinatum in eis invenerit, prudenter sua restauraret & disponat. Assumptis itaque de majoribus Ecclesiæ suæ personis, ad Portugallensem provinciam, uti disposuerat, iter suum direxit. Cumque appropinqua-
set Civitati, quæ Bracara dicitur, nuntium suum ad ejusdem Ci-

(1) Tam. Turonij. (2) Ms. & noctis percurrentem spatium. (3) Ms. virtutum.

Civitatis Archiepiscopum præmisit , qui adventum suum ei nuntiaret. Ipse vero Archiepiscopus , nomine Gyraldus , vir prudens ac religiosus , auditio quod Episcopus S. Jacobi ad suam veniret Civitatem , magno repletus est gudio : & congregans omnes Clericos suos , cum civibus & ceteris Ecclesiæ suæ ornamentis , obviam procedens Episcopum Compostellænum cum magna veneratione in processione suscepit : & Cle-
ro cantante , ipse eum manu dextera tenendo , in Ecclesiam suam introduxit: & ut in ea eadem die Missam celebrare digna-
retur summis precibus apud ipsum impetravit. Post Missæ vero celebrationem ad mensam refectionis , post refectionem quoque ad suam cameram propriam Archiepiscopus Episco-
pum honorifice comitando perduxit , eique suum proprium hospitium præbens in aliam mansionem ivit mansurus. Illa ita-
que die Episcopus S. Jacobi apud Archiepiscopum Bracaren-
sem est commoratus. Sequenti vero die , salutatis ejusdem Ecclesiæ fratribus , atque benedictione firmatis , præfatus Epis-
copus ad Ecclesiam S. Victoris , cuius juris medietas Bracara
Civitatis esse perhibetur , Archiepiscopo comitante pervenit ,
& in sua regia palatia ut Dominus suscepitus est.

2 Interim tamen Ecclesias suas circumeundo , visitando , & in eis Missarum solemnia celebrando , multorum corpora Sanctorum , quæ per eas semisepulta debito carebant honore intuens , pio gemebat affectu ; & pietatis studio pio versabat pectore , quod postea Divina opitulatione implevit. Ferventi namque studio excogitabat , qualiter preciosas de inconve-
nientibus locis margaritas extrahere posset , & ad Compostella-
nam Ecclesiam asportaret. Convocatis itaque suis familiaribus Clericis & consilio probatis , quid inde vel quomodo facere yellet aperuit , dicens : Fratres charissimi , scitis , quia ad has partes ideo venimus , ut si quid in Ecclesiis istis seu here-
ditatibus destructum , seu inordinatum esset , præsentia nostra restauraret & ordinaret , & male posita in meliorem statum mutaret. Nunc autem vestram non latet diligentiam , quæ in eis inconvenientia reperiantur. Plurima etenim Sanctorum corpora , nullo cultu venerata , sed nuda & publico visui pa-
tentia , passim per eas jacere inspicitis , quæ debita venera-
tione carere non ignoratis. Si ergo vestra nobis consuluerit

prudentia , hoc emendare curabimus : & quædam pretiosorum corpora Sanctorum , quibus nullus hic exhibetur cultus , ad Compostellanam Sedem transferre curabimus : occulte tamen hoc fieri oportebit , ne forte gens hujus terræ indisciplinata , tantoque thesauro expoliata , in nos subitam seditionem commoveat : sicque quod tentare audemus , frustra nos tentasse doleamus . Hoc autem consilium cum ejus Clerici approbassent , utpote qui consilium Divina inspiratione ortum , nec esse postponendum (1) assererent ; venerabilis Episcopus maxima mentis jucunditate répletus , respondit , & ait : Dominus Jesus Christus , de cuius misericordia confidimus , ipse sua pietate quod desideramus adimpleat ; & propositi nostri devotionem ad bonum finem perducere dignetur .

3 Deinde Ecclesiam S. Victoris ingrediens , ibique Missam celebrans ad dexteram partem majoris altaris fodi præcepit . Ibi arca marmorea mire ac subtiliter fabricata , mox sub terra reperta est : quam cum præsente Domino Episcopo aperuissent , duas capsulas argenteas intus invenerunt . Eas itaque prædictus Episcopus cum magno timore accipiens , glorificato nomine Domini , cum Psalmis & orationibus reseravit : in una quarum Domini nostri Sancti Salvatoris reliquias ; in alia vero plurimorum Sanctorum ossa demonstravit . Clausas igitur & firmiter sigillatas , suis fidelibus Clericis custodiendas tradidit . Alia autem die ad Ecclesiam B. Susanæ Virginis & Martyris , quæ non longe ab Ecclesia S. Victoris remota est , perrexit , & in ea summa cum devotione Missam celebravit . Celebrata autem Missa , ut sacris vestibus erat ornatus ad Mausolea S. Cucufati , & Silvestri Martyrum , in eadem Ecclesia requiescentium , trepidante animo accessit : & eorum gloriosa corpora in munda sindone involuta , de inconvenientibus sarcophagis latenter assumpsit ; & cum magna reverentia , per idoneos Ministros atque fideles , ceteris ignorantibus , ad cameram suam deferri fecit , & fideliter custodire . Ad sepulcrum quoque S. Susanæ Virginis cum pervenisset , ejus venerabile corpus cum fletu & lacrymis suspirando accepit , & occulte cum aliis custodiendum tradidit .

Præ-

(1) Henschen. ortum esse , nec respuendum .

4 Præterea vir Dei cognoscens divina pietate ei esse concessum, quod Sanctorum corpora per eum honorificanda essent; apposuit ut B. Fructuosi Confessoris, atque Pontificis gloriosam corporis glebam simili modo transferret, atque convenientibus locis collocaret. Post duos vero dies venerunt ad Ecclesiam B. Fructuosi, ibique Missam solemniter celebravit. Finita vero Missa ad ejus sepulcrum sacris induitus vestibus accessit. Sed quoniam Sanctus Fructuosus regionis illius defensor & Patronus erat, cum majori timore & silentio de Ecclesia sua, quam ipse adhuc vivens in carne fecerat, eum pio latrocinio sustulit, & sublatum fidelibus suis custodibus servandum commisit. Et quamvis hoc factum omnes lateret, præter Clericos hujus consilij conscos, consequente tamen nocte haud quaquam Episcopus secure dormire potuit: (1) timebat enim perdere quod secum gaudebat habere.

5 At ubi mane facto, quod egerat non esse propalatum agnovit; cum gaudio & lætitia suum occultum thesaurum portans ad quandam S. Jacobi Villam, quæ Corneliana nuncupatur, tanquam iniens fugam, accelerando regressus est. In Corneliana igitur rumor populi aures Pontificales percussit, referens ab Episcopo S. Jacobi indignum fieri facinus, qui Sanctos de Portugallensis terra sublatos, patriæ scilicet defensores atque patronos, ad suam conabatur transferre civitatem. Quo auditu vir summae prudentiæ ac pietatis eximiaæ, veritus, ne qua occasione seu violentia pretiosam sarcinam amitteret; cuiusdam fideli Archidiacono suo Sanctorum corpora commisit, & quomodo ea per occultos tramites ad Tudensem deferret civitatem, sapientibus verbis instruxit. Pontifice ergo apud Cornelianam remanente, Archidiaconus secundum ejus præceptiōnem iter faciens, usque ad flumen Minei, quod securus Tudam defluit, prospere pervenit. Flumen equidem ante tam asperrimis per tres dies inhorruerat procellis, quod nullis navibus transiri posset. At postquam Sanctorum corpora supra ripam fluminis posita fuerunt eorum reverentiam fluvius sensisse visus est. Nam gravis auræ asperitate submota, aërisque intemperie evanescente, transferendis Sanctis tantam transfretandi facilis

(1) Heasch. nocte Episcopus secure dormire non potuit.

tatem flumen exhibuisse perhibetur ; quantam ipsius pernitas (1) aquæ subministrare potuit , quæ sedatis fluctibus tam magna ferebatur tranquillitate , ut nec modica fluctuationis unda quateretur . Translatos itaque per fluvij tranquillitatem Santos in cœnobio S. Bartholomæi , quod in suburbio Tudæ civitatis situm est , possuerunt . Archidiaconus igitur fideli custodia & administratione quemdam Diaconum S. Jacobi Apostoli Canonicum , cum eis relinquens , ad Episcopum in Cornelianam reversus est : eique quidquid accidisset in itinere , & ubi Sanctos Dei dimisisset , referendo patefecit . Deinde Diaconus , quem custodem deputatum esse prædictimus , ex præcepto Pontificis supradictos Sanctos ad Ecclesiam S. Petri de Cella , quam B. Fructuosus fabricaverat , religiose detulit . Ibi vero per decem dies Episcopum præstolando debitam venerationem eis exhibuit .

6 Audiens autem Episcopus quia jam Minei fluvium Sancti transissent , & in tuto loco positi essent (fluvius enim iste Portugallensem terram distinguit à Gallæcia) præparatis omnibus quæ præparanda erant , ad Monasterium ubi Sancti erant positi , festinando pervenit : & assumptis inde Sanctis jam manefeste per villas S. Jacobi cum magna veneratione & lætitia ad Compostellanam civitatem redire cœpit . Cum autem ad villam , quæ Goegildum appellatur , venisset ; nuntios suos Clero & populo Compostellano præmisit , ut eis Sanctorum adventum nuntiarent , & qualiter deberent suscipi , iussione ipsius admonearent . Clerus igitur Compostellanus & populus , audientes quia Divina miseratione permisum esset , quod Sanctorum corpora à Bracara in Compostellanam transferrentur civitatem , valde gavisi sunt . Intelligebant siquidem , quod tam eorum meritis & intercessionibus , quam piissimo B. Jacobi Apostoli patrocinio , cuius sanctissimi corporis præsentia Compostellana civitas illustratur , ab omni peste seu languore & debilitate liberandi essent . Exeentes ergo obviam nudis pedibus Clerici , sub sequente populo totius civitatis , usque ad locum qui Humiliatorium (2) dicitur , religiose processerunt . Quo cum pervenisset Episcopus , & qui secum venerant discalceari præcepisset , (3) Clerici secundum

(1) Ms. meus planicies . (2) Hensch. Miratorium . (3) Idem , discalciati processissent .

dum ejus dispositionem sacris vestibus ornati, nudis pedibus existentes, post eos venientibus turbis, gloria Sanctorum corpora suscepserunt: & Episcopo praeunte & Clero, in civitatem suam cum hymnis & canticis & pia devotione detulerunt, & in Ecclesia B. Jacobi Apostoli Compostellanæ Sedis collocata fuerunt.

7 Corpus vero S. Fructuosi Confessoris atque Pontificis ad altare S. Salvatoris, in majori ejusdem Ecclesiæ crypta, positum est. Verumtamen expletis quatuor annis, iterum præfato Pontifici, suisque Clericis melius visum est, ut B. Fructuoso, quem de propria mansione suscepserant, proprium facerent habitaculum. In ejus itaque honore fabricatum & dedicatum est altare, & ab eodem Episcopo consecratum in sinistro membro ejusdem Ecclesiæ, in crypta quæ est inter portam quæ mittit in claustrum, & altare S. Jacobi. Ibi ergo positum est corpus B. Fructuosi & conditum: & tamquam in propria sede requiescit, usque in sempiternum diem, miraculis gloriosum.

8 Sanctum vero Cucufatæ Martyrem altare S. Joannis Apostoli & Evangelista suscepit: & S. Silvestri Martyris corpus sub altari beatorum Apostolorum Petri & Pauli in ejusdem Ecclesiæ corpore conditum est. Beata vero Susana Virgo & Martyr, in Ecclesia, quæ in honorem S. Sepulcri & omnium Sanctorum fundata cognoscitur, in loco quem ante Altarium Sepulcrorum (1) appellare solebant, honorifice collocata requiescit.

Hugo ejusdem Compostellanæ Sedis Canonicus & Archidiaconus, qui prædicti secreti conscius fui, qui etiam in tanti tamque pretiosi thesauri inventione & inventi administratione fidelissimus consultor & diligens cooperator, corpore præsens & animo devotus extiti, præfati eventus prosperitatem ne oblivionis caligine sospiretur, diligenter scripsi & posteris in memoriam fideliter tradidi. Translata igitur Sanctorum corpora, ut su-
pra

(1) Sic Hensch. Meus vero liber scriptus, Uterium puldorum: forte Baptisterium puerorum innuit.

pra dictum est collocata fuere XVII. (1) Kal. Ian. Regnante Domino nostro Jesu Christo: cui est honor & gloria in saecula saeculorum. Amen.

APENDICE ULTIMO.

BACHIARIJ OPUSCULA

EX EDITIONUM COLLATIONE CASTIGATORA.

BACHIARII FIDES.

Eccles. 1. **O**MNE quod fuit, ipsum quod erit, & non est
9. juxta **O**mne recens sub Sole. Et iterum Apostolus: Omnia
LXX. 2. **n**ia haec in figuram nostri contigerunt: quod praesentis
Cor. 10. rei probatur effectu, cum gesta olim Evangelici Sacra-
 menta mysterij, iterum ætatis nostræ temporibus re-
 novata celebrentur. Ecce nunc, quantum intelligimus,
 Christus à Samaritana aquam postulat, cum beatitudo
 tua fidem à nobis requirit. Suspectos nos quantum vi-
 deo, facit non sermo, sed regio; & qui de fide non
 erubescimus, de Provincia confundimur. Sed absit,
 beatissime, ut apud viros sanctos macula nos terrenæ
 nativitatis inficiat. Nos Patriam etsi secundum carnem
 novimus, sed nunc jam non novimus: & desiderantes
Gen. 12. Abrahæ filij fieri, terram nostram cognitionemque
 reliquimus. (2) Hoc autem ideo dicimus, quia sicut Sa-
 maritanis, sic nobis non creditur à Judæis, eo quod
 cujusdam hæresis macula solum nostrum originale per-
 trinxerit, sic Præsidentum quorundam sententia judi-
 camur, quasi liberi esse ab erroris deceptione nequea-
Joann. 1. mus. Dicatum est similiter quondam ab incredulis: A
6. Nazaretb potest aliquid boni esse? Et tamen inde Christus
 processit. Numquid, rogo, Apostolorum merita
 unius

(1) Hoc etiam die Translationis festivitas Compostelle celebratur.

(2) Muratori, repulimus. Florius, reliquimus.

unius perfidia , avaritiāque mutavit , qui non dicam de eadem regione, sed eorum processit ē latere ? Numquid Patriarcharum vitam fratrum culpa turpavit ? (1) Numquid Prophetarum oracula Pseudoprophetarum commenta falsarunt ? Chōre illo Levitico in hæresim declinante , numquid reliqua cognatio ex hac stirpe descendens , maculam ex propinquitate contraxit ? Pontificis filiis ignem offerentibus alienum germani eorum Sacerdotali funguntur officio , & inculpatos se à crimine fratrum ministerij sui honore testantur . Nicolao Diacono in hæresim declinante , gloria collectorum fratrum in virtutibus Dei opera refulerunt . Crimen nobis regionis intenditur . Quisquis hoc dicit , legat Christum *Samari-*
tanum : in qua Provincia non solum hæresis , sed idolo-
latriæ (2) criminibus servierunt . In domo profani , &
 sceleratissimi Achab (3) Abdias servus Domini inventus est , qui corporibus Prophetarum meruit copulari . In Sarepta (4) Sidonie inter Chananaeorum scelestissimum genus vidua fidelis reperitur & Prophetarum hospita eligitur . Magister idolatriæ , & caput hæresis Balaam , ut Christum prædicaret admissus est . Job ex Esau prophani , & infidelis stirpe descendit . Ruth cognata genetris Christi Moabitis esse describitur , cuius origo in æternum (5) ab Ecclesiæ foribus abdicatur . Abraham caput fidei de Chaldaeorum stirpe descendit , quibus vernacula & naturalis magicæ artis impietas est . Magis Christum adorantibus vetera errorum non imputantur opprobria . Moysi Ægyptiorum artibus erudito prophetalis spiritus gratia condonatur .

Jam in Christo renatis terrenæ Provinciæ error adscribitur ? Si agnoscimus Patriam , erubescamus &

cul-

(1) Codex Mediolan. *turbavit*. (2) Constanter Mur. *idolatriæ*.
 (3) Mur. in domo Achab. (4) Cod. Amb. *Serepta*. Mur. Ferepta. Flor. reponit *Sarepta* , sicut monnit Cl. Mur. (5) *Deest in aeternum* apud Mur.

culpam : (1) mihi enim Civitas cui renovatus sum , re-
gio (2) effecta vel Patria est. Nihil mihi de terrenis affi-
nitatibus adscribatur , quibus renunciasse memini. Quis-
quis est qui me de Provinciae cognatione aestimat infi-
delem , ipse infidelem se esse neverit : quia aut oblitus
est , aut lubricum putat quod in baptismo confessum
esse cognoscit : sine dubio enim non relinquit terrenam
cognationem , qui me de patrio errore confutat. Certe
secundum institutionem actus humani Pater Patriam fa-
Matth. 23. 9. cit. Qualiter mihi Patria in terra esse dicitur , cui ex
præcepto cœlesti Patrem (3) in terra vocare aut habere
non finitur ? Vis enim , ut evidentibus tibi per me hoc
probetur exemplis , qui Patriæ culpas errorem ? Nonne
Novatiani hoc genere à Catholicis dissidentes pro-
brosæ hæresis lepram judicio contraxere perverso , eo
quod ante actam culparum seriem crediderunt etiam
posterioris adscribendam , & non tam hæresim odere quam
plebem. Si pro culpa unius , totius Provinceæ anathe-
munda generatio est , damnetur & illa beatissima (4)
discipula , hoc est Roma , de qua nunc non una , sed
duæ vel tres , aut eo amplius hæreses pullularunt : &
tamen nulla earum Cathedram Petri , hoc est Sedein fi-
dei , aut tenere potuit , aut movere. Dammentur pos-
Matth. 20. 9. tremo & omnes Provinceæ , de quibus diversi erroris
rivuli manavere. Ille vas electionis & gentium Doctor,
lapsus Eutychio de tertio testo (credo , aliquid de Tri-
nitate erranti) restituit calorem fidei , & vitam reddidit,
hoc est , veniam relaxavit. Nos fortasse adhuc in fenes-
tra , id est in lucis via , & fidei splendore residentes,
severi nimium judices , non ex discussione , sed ex sus-
Matth. 7. 1. pectione condemnant : nescientes quia quo iudicio iudi-
caverint , judicabitur de eis : & qui fratri suo dixerit Ra-
cha,

(1) Ita Flor. cui legendum videtur , si non agnoscimus , sed perpe-
ram : in Patria quippe , non agnita culpa non erubescenda. Mur. eru-
bescimus ad culpam . (2) Mur. regio est effecta . (3) Mur. cum Co-
dice Ambr. Patriam , Florius recte Patrem emendat. (4) Flor. ali-
quid deesse suboluit v. g. veritatis discipula .

ha, reus erit gehennae ignis. Racha enim vacuus inter- Matth.
7. 22.
 pretatur: & quis est vacuus, nisi eius interiora carent si-
 dei veritate, & est velut aramentum sonans, aut cym- 1. Cor.
13.
 balum tinniens? Ille qui una tantum nocte Christum
 viderat, ait contribulisi suis: Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audiat quæ agit? Et hi qui tot
 annorum Domini sectatores sunt, prius iudicant, quam
 id unde iudicant audiant, atque cognoscant! Si ante
 cognitionem promenda est sententia, cur Legislator Joh. 7.
51.
 præcepit, ne antequam introeat Sacerdos, & videat
 domum, quæ cariosa vel timientis lepra hæresis sem-
 ditur, immunda iudicetur? Ne quæso beatissime fra- .0. hex. 3.
32.
 ter male de Provincia sentiatur. Non latet enim per-
 picaciam tuam, quia cum in adventu arcæ Dominicæ
 Dagonis caput in centrum partes eum utrisque pedibus
 communatum sit, spina ejus integra superfuisse descri-
 bitur. Nos enim Dagonis caput, sive pedes, membra
 mundi, id est, Orientem, & Occidum esse sentimus, (1)
 in quibus partibus sub praesentia legis omnium erro-
 rum contrita perversitas est. Tuum sit enim iudicare, Psal. 38.
17.
 quæ sit medietas spinæ, in qua adhuc nodorum compago dissoluta perdurat. Ut quid rogo queritur Pro-
 vincia mea? Peregrinus ego sum, sicut omnes Patres mei. Matt. 21. 12.
 Verumtamen si magnopere queritur, ubi natus sim, (2)
 accipiatur confessio mea, quam in baptismi nativitate 1. Petr.
3. 15.
 respondi: non enim mihi Patria confessionem, sed con-
 fessio Patriam dedit; quia credidi & accepi. Nec me
 offuscet Samaritana conditio, quia Christum interrogatus ad puteum credidi, & purgatus a lepra infide-
 litatis agnovi. Verumtamen (2) quia Apostolicæ eru-
 ditionis instituta nos commovent, ut omnibus poscen-
 tibus nobis rationem de Fide & Spe, quæ in nobis est Matt.
21. 12.
 proferamus: non moremur Fidei nostræ regulam Beati-
 tudini tue, qui artifex es ipsius aedificij (3) demons-
 trare. .0. hex. 3. Hilo & Spinita. 3. 8. Sed

(1) Flor. omnis. Mur. omnium. (2) Flor. addit quia. (3) Mur.

3 Sed ne forte hoc ipsum suspicionem infidelitatis incutiat, quod tardius ad interrogata respondeo: creditimus Deum esse: quod fuit, erat: quod erat, erit: numquam aliud, semper idem, Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, unus Deus, & unus Filius de Patre, Spiritus Sanctus Patris & Filii. Unius Trinitatis ista substantia; & tria ista unam habentia voluntatem. Nec communicans major, nec accipiens minor: nec est secundus a primo, nec tertius de secundo, quia sic nos propheticâ instituta docuerunt, dicendo: *Non ascendes per gradus ad altare meum*. Altare enim velut quandam bassem fidei suspiciamur, unde vitalis eibi participantur alimento, quia altare ex proprietate nominis sui, non nisi sublimium rerum alta cognitio est: divisum enim per syllabas nomen altaris, inchoatumque de fine, *res alta significatur* & sonat. Ad hanc fidem per gradus ascendere non debemus, ne inaequaliter sentiendo, de inferiore ad superiore transitum faciamus; sed æquali gradu nostri cordis intrate, ut unius substantia, unius potestatis, unius virtutis & Patrem & Filium & Spiritum Sanctum sentiamus. Pater enim principalem nomen diuinitatis, per se quod creditur, quod dicitur Pater Deus. Filius Deus ex Patre, non ex se, sed Patris. Pater Deus; & Filius Deus: sed non idem Pater, qui Filius, sed idem esse creditur quod Filius. Et Spiritus Sanctus non Pater ingenitus, sed Spiritus ingeniti Patris. Filius genitus, non Spiritus Filius, sed ipse Filius, super quem à Patre missus est Spiritus. Itaque cum ingenitus Pater sit, cuius est Spiritus, incaute Spiritus Sanctus dicitur ingenitus, ne duo ingeniti, aut duo Patres ab infidelibus astimentur. Filius Patris ante secula genitus à Patre non potest alium genitum habere consortem, ut creditatur unigenitus, & duo geniti non dicantur. Pater enim unus ingenitus, Filius unus est genitus, Spiritus Sanctus à Patre procedens, Patri & Filio coæternus, quoniam unum opus, & una in Patre & Filio & Spiritu Sancto voluntatis operatio est. Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus Sanctus à Patre procedens, Patri & Filio coæternus: sed ille nascitur,

tur, hic procedit, sicut in Evangelio Beati Joannis legitur: *Spiritus qui à Patre procedit, ipse vobis annuntiabit omnia.* Itaque Spiritus Sanctus nec Pater esse ingenitus, nec Filius genitus aestimeretur: sed Spiritus Sanctus qui à Patre procedit. Sed non est aliud quod procedit, quam quod inde (1) procedit. Si persona queritur (2) Deus est. Hec per hoc tripartita conjunctio, & conjuncta divisione, & in personis excludit unionem, & in personarum distinctione obtinet unitatem. Sicque credimus Beatissimam Trinitatem, quod unius naturæ est, unius deitatis, unius ejusdemque virtutis atque substantie: nec (3) inter Patrem & Filium & Spiritum Sanctum sit illa diversitas, nisi quod ille Pater sit, (4) & hic Filius, & ille Spiritus Sanctus, Trinitas in subsisteribus personis, Unitas in natura atque substantia.

4. Filium quoque credimus in novissimis diebus natum esse de Virgine & de Spiritu Sancto, carnem naturæ humanæ, & animam suscepisse. In qua carne & passum & sepultum resurrexisse à mortuis credimus & fatemur: & in eadem ipsa carne in qua jacuit in sepulchro, post resurrectionem ascendisse in Cælum, unde ventrum expectamus ad judicium vivorum, & mortuorum: Virginem quoque de qua natum scimus, & Virginem ante partum & Virginem post partum, ne consortes Helvidiani erroris habeamur. Carnem quoque nostræ resurrectionis fatemur integrum atque perfectam hujus in qua vivimus in præsenti sæculo, aut bonis artibus gubernamur, aut malis operibus subjacemus, ut possimus in ipsa aut pro malis poenarum tormenta sustinere, aut pro bonis bonorum præmia adquirere: neque ut quidam absurdissime, aliani pro hac resurrectionem dicimus, sed hanc ipsam nullo omnino ei vel membro amputato, vel aliqua corporis parte defecta. 5) Hic est nostra Fidei thesaurus, quem signatum Ecclesiastico symbolo,

quod

(1) Mur. unde. Cod. Ambr. inde. (2) Flor. nonnulla deesse suspicatur. (3) Mur. ne. (4) Mur. cfr. (5) Cod. deserto: Ex Rufino autem Flor. emendat defetti.

quod in Baptismo accepimus, custodimus. Sic coram Deo corde credimus; sic coram hominibus labiis confitemur; ut & hominibus cognitio sua fidem faciat, & Deo imago sua testimonium reddat. Hic est baculus defensionis nostræ, quo murmurantium adversus nos oraveriamus, qui nos per viam hujus sæculi transeuntes, iugulo consuetudinjs, non studio rationis oblatrant. Hoc scutum fidei nostræ, quo obtrectantium verborum venenata suspicionum spicula repellimus, ac vitamus, ne aliquod in nobis patens membrum, & de protectione fidei nudum sermo inimici, qui ad feriendum destinatur, inveniat. Sed sileamus de his, quia nobis nunc non repercutiendi, sed vitandi tantum hostis cura suscep-ta est.

Hier. 38. 5 Jam vero si etiam illud à nobis quæritur, qualiter de anima sentiamus, factam credimus esse, sicut legimus in Hieremia Propheta per Regem Sedeciam dicentem: *Vixit Dominus, qui fecit nobis animam istam.* Si autem quæritur unde sit facta, nescire me fateor, quia nec usquam legisse cognosco: & ideo nec de imperitia erubesco, quia lectione non doceor; neque periculum formido, quia quæ non lego, non præsumo, ne trans-gressor propheticorum inveniar præceptorum, qui man-

Lev. 18. dat sanguinem non manducari, adjiciens, quia *Omnis carnis sanguis anima est.* Quid enim est sanguinem manducare, nisi de anima disputare? Et ideo carnem, quæ nobis in Adam fundata est, possumus dicere ex mundi qualitatibus substantia (1) Deo artifice & aucto-re compactam: sanguinem enim ad basem fundamus altaris, id est, ut ipsi qui creavit, scire unde creaverit, relinquamus. Basis enim altaris velut quædam radix profunditatis est, cuius secreto etiam rationem animæ jungamus, de qua disputare non possumus. Et ideo nec partem dicimus Dei animam, sicut quidam afferunt, quia Deus impartibilis & indivisus & impassibilis est, anima vero diversis passionibus mancipata, sicut quotidianus

(1) Locus apud Flor, ita restituitur, substantiaque.

rērum exitus probat. Nec de creatura aliqua factum dicimus, ne eam faciamus villorem reliquis creaturis, quibus Domina, si bene egerit, constituta est; sed ex Deitatem voluntate formari, cuius potentia non necessaria est materia ex qua quod voluerit operetur, sed ipsa voluntas ejus materia eorum quae fieri aut esse mandaverit. Sed nec illi assertioni tradimus manus, qua quidam superfluo delectantur, ut credant animas ex transfiguratione generari, quia contradicit huic suspicioni Beatus David dicendo: *Scivote quoniam Dominus ipse est* ^{Psal. 95.} Deus: *ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Et alibi: *Qui finxit finem* ^{Psal. 32.} *gillatum corda eorum.* Ubi heic transfusio inveniet locum, ubi aut singillatum corda singuntur, aut dicitur *ipse fecit nos, & non ipsi nos?* Qui ergo ex transfiguratione dicunt animas generari, id asserere dicuntur, quia ipsi nos faciamus. Sed hoc præscientia prophetalis objurgat, dicendo: *Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Absque sola igitur Trinitate omne quod in Cælis, sive in terris & mari potentatur, agitur, movetur, creaturam esse credimus & fatemur.

6 Diabolum non ira factum sentimus, ut diabolus est, nec proprium habuisse naturæ suæ genus, ut diabolus nasceretur, & hoc cognomen (1) meritum dedit, non Deum: nec ingenitum esse, quia Deus non est: nec factum esse diabolum, quia Deus malum non fecit, (2) sed I Angelum bonum factum, sicut Scriptura demonstrat: *Per bonum operatum est mihi omnem concupiscentiam.* ^{Rom. 78.} Malum enim Angelum fuisse sic credo, ut Apostolus dicit: *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanae* ^{2. Cor.} *qui me colaphizet.* Et alibi: *Nisi venerit Refuga, & discesserit.* Ergo qui nunc Refuga est, fuit aliquando in intuitu ^{12.7. 2. Thes.} Creatoris, & in illa sublimitate quæ scripta à Prophetis, ^{Ezech.} cum dicitur: *Et tu eras consignatio similitudinis, & corona decoris, & reliqua.* Et alibi: *Quomodo de Galo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur?* Hunc boni & mali capa- ^{I. 14. 12.} cem dicimus accepisse ex factore naturam, immortalita-

(1) Ita Flor. Mur. hoc agnomen. (2) Mur. non facit.

tis gloria & honore circumdatum : accepisse etiam scientiæ dignitatem , qui elatus in superbiam suum credit esse quod non erat , quoniam qui eum fecerat Dominum non videbat : *Ego sum* , inquit , & non est alius præter me. Inde terræ deputatus est & cineri , ut scriptum est : *Quid superbis terra & cinis?* Et , *Initium peccati superbia.* Qui tartaro & igni perpetuo deputatus perennis est pœnæ , non immortalis vitæ.

Genes. 1. 30. 7 Credimus omnem creaturam Dei , quæ ad usus ciborum à conditore concesa est , bonum esse , sicut & factum est. (1) *Et vidit Deus , quia bona sunt valde.* Sed ab his ad tempus abstinere , non pro superstitione religionis , neque abominatione creaturæ Dei , sed pro continentia carnis , utile esse sentimus , secundum Apostoli consilium , qui dicit : *Bonum est non manducare carnem , neque bibere vinum ; atque cum libuerit , uti , & cum delectaverit , abstinere , in hominis potestate consistere.*

Rom. 14. 21. 8 Conjugia probamus , quæ Deo auctore concessa sunt. Continentiam in ipsis prædicamus. Virginitatem utpote egregium germen , & ex effœta trunci radice procedens , extollimus & miramur.

2. Cor. 1. 15. 9 Justorum peccatorumque distantiam non ex conditione Creatoris , sed arbitrio credimus accedere voluntatis. Pœnitentiam peccatorum plenissima fide suscipimus , ac veluti secundam gratiam suspicamur , sicut Apostolus ad Corinthios dicit : *Volui per vos venire , ut secundam gratiam haberetis.*

10 Vetus & novum Testamentum æquali fidei lance suscipimus , ac veluti currentis per numerorum (2) signa ponderis libra , sic testimoniorum gesta mobili meditatione pensamus. Nec evacuantes historiæ fidem credimus universa gesta esse quæ legimus ; sed juxta doctrinam Apostolicam sensum in his spiritualem , prout Do-

(1) Id est , ita bonum est & perseverat , sicut bonum factum est: quod ideo dicimus , quia alter Florio videtur scribendum. (2) In Flor. numerorum desideratur.

Dominus dederit, perscrutamur: qui tamen sensus ad typum Christi Ecclesiæque pertineat, aut in morum emendationem correctionemque proficiat. Et hoc ipsum juxta illud quod Apostolus ait: *Omnia hæc in figuram nostræ contigerunt.* Et alibi Beatus Petrus: *Omnis sermo interpretatione indiget.* Omnem Scripturam quæ Ecclesiastico Canoni non congruit, neque consentit, non solum non suscipimus, verum etiam velut alienam à fidei veritate damnamus. Peregrinis atque ignotis fabulis de Scripturarum continentia, non facile accommodamus (1) assensum: neque cito nova doctrina aurium nostrarum intrat cavernas, quia legimus virginem (2) novam aliam in secreto, quam rudem vel secretam suspicamur esse doctrinam, quæ ob hoc prohibetur inspici, ne hominum corda commentitia sub specie veritatis, sermonum pulchritudine suavitateque decipiatur. Virgo est illa doctrina, quæ nulli viro Ecclesiastico vel Catholico cognita est, sed inter mulieres semper adolevit, id est animas quæ semper discentes, omni spiritui deceptionis credula se facilitate commiscent, non curæ habentes unde concipient, cum Dominus in Lege mandaverit ne non nisi de Tribu sua in conjugio copuletur, id est, illi fidei intellectus, qui ex Patrum semine, hoc est doctrina, descendit, & Abrahæ qui primus in præputio credidit, prosapia nobilitatur & generare. Virgo est illa doctrina quæ tantum in secreto sibi placet, & in publicum erubescit exire. Hanc talem non solum fugimus, verum etiam publica voce damnamus, stultum docentes hoc credere, quod aut ipsi defen-

1. Cor.
10.6.
2. Petri.
1.20.

(1) *Mur. commodamus.* (2) *Locus si quis alius* (inquit Flor.) *corruptissimus.* Libenter ita restituere: *quia legimus virginem nominari Alma, hoc est in secreto, vel secretam.* Adeundus S. Hier. in c. 7. Isaïæ v. 14. ubi inter cetera hæc habet: *Ergo Alma non solum puella, vel VIRGO, sed cum epitaphi, virgo ABSCONDITA dicitur, vel secreta, quæ nunquam virorum patuerit appetitus.* In Ebraicis nominibus sæpe ludit Bachiarius, ut observavimus Diff. 2. & cuique observare licet in altero libello de *Reparatione lapsi.* Fiorius.

fendere non possumus, aut ad aures publicas non debat pervenire.

Exod. 34. 23. 11 Jejunia attentiora secundum Ecclesiasticam regulam disciplinamque servamus, ut *tribus temporibus anni masculinum nostrum*, hoc est, opus virtutis quod cetero operi præcellat, appareat: ac si quando jejunia indicta Ecclesiæ tunc nos cupimus non solum de usu consuetudinari, verum etiam à conversatione, fabulis, salutationibus, quæ fabulas interserunt, jejunare.

Deut. 32. 7. 12 Et cum hæc Deo teste ita ut scribimus, (1) sentiamus, tamen non sic nobis de veritate blandimur, ut si forte Sacerdotes, sive Doctores, qui sunt capita populi & columnæ Ecclesiarum quodlibet ex his quæ professi sumus probantes (2) (aliquid) rectius quid dixerint, pigri simus in eorum sententiam transfire, præceptumque meminimus scriptum: *Interrogate patres vestros, & dicent vobis.* Neque enim tam stulti sumus, ut quibus capita pro sanctificatione submittimus, his corda nostra humiliare nolimus. Pastor est, quo vocaverit, sequar; quod dixerit, ruminabo: quia ipse scit sibi pro custodia mea reddendam esse rationem.

13 Hæc sint de quibus interim vobis ad præsens occurrere potui: si quia enim sunt quæ aut studio præteriisse, aut te adhuc titillare videantur, sine verecundia interrogare dignare, ut sine cunctatione respondeam, & aut emender de errore, aut confirmare in fide. Testor omni legenti verba professionis hujus, quoniam si quis Dempserit de his, demet Deus de libro vitæ partem ejusdem: etenim ille qui nos crediderit aliud labii loqui, aliud corde tenere, sicut superius dixi, cor nostrum Deus potest inspicere. Ipsi obtulimus labia

(1) Ita Mur. Cod. Amb. *Et quoniam hæc teste Deo etiam scribimus.* Flor. hæc cum viro docto placet restitutio: *Et quamquam hæc, teste Deo, etiam, ut scribimus, sentiamus.* (2) Flor. legendum monet improbarites, rectius quid dixerint, ita ut redundet aliquid.

bia ad confessionem ; de quibus possunt homines judicare satisfecimus : ac sic duobus testibus stabit omne verbum nostrum , id est Deo , cuius judicium in nos , si fallimus , invocamus , & hominibus , quorum suspicio-nes nostra confessione corrigimus , ne amplius in nobis velint male sentiendo peccare . Si quis his auditis in in-credulitate persistiterit , tunc non nobis fidei assensum tra-dat , non dubito quin in die judicij , partem aut incredulum populum , aut inter fallos testes habiturus sit , & secundum judicium Legis Moysi iniquitatem quam in fratre suo meditatur , sit recepturus . Nos enim et si peccatores sumus , tamen propter illa trecenta au-reæ scuta , quæ Salomon fabricavit , ærea facere non debemus . Scutum enim Fidei forma est secundum Apostolum , qui dicit : *Accipientes scutum Fidei* . Et ille pro au-reis ærea facit , qui subtractata (1) Fidei veritate so-lum degener reddit ex confessione tinnitus : & cum devotus videatur in numero , tamen reus invenitur ex voto , id quod non credidit confitendo . De quibus quidem dixisse Beatus Apostolus suspicandus est : *Haben-tes speciem pietatis , & virtutem ejus abnegantes* . Non-ne videtur tibi virtus in auro , & species in ære posse sentiri ? Sed optamus assertionem propheticam custo-dire , ut ante pedes equorum Regis , qui nisi Episcopi nostri (2) atque Doctores sunt , quorum veloces pedes sunt super montes evangelizantes pacem ; Fidei nostræ scuta ponamus : trecenta enim aurea scuta sive Beatæ Trinitatis Fides , sive omnium creaturarum satio , cæli , terræ , & maris : cursores enim qui ante pedes equorum ponunt ea , illi credendi sunt qui potuerunt dicere : *Cur-sum consummavi* , qua instituti lege hæc usque (3) ad finem servare possimus , ne illa Suracim Rex Ægypti , hoc est diabolus , à templo nostri cordis abripiat . Ex-cubent suffragia orationum tuarum ad Jesum Christum

Deut. 19.
19.Eph. 6.
16.2. Tim. 3.
5.2. Tim. 4.
7.3. Reg.
14.25.

(1) Mendose Mur. *substantia*. (2) *Nostri* deest apud Florium , qui ita legit : *Episcopi , aut Doctores sunt , quorum pedes veloces sunt*. (3) Ita Flor. Codex Ambr. *hæc usque ad finem*.

Dominum nostrum, cui gloria in sæcula sæculorum.
Amen.

DE REPARATIONE LAPSI AD JANUARIUM.

Benedicto in Christo fratri, omni mihi fide & dilectione Venerabili Januario Bachiarius peccator salutem.

Hier. 8.
22.

Nisi vererer, Beatissime frater, ne inter simulatos amicos Job mihi portio poneretur, qui videntes plagam ejus veluti qui non haberet consolationem (1) jugi silentio quieverunt; prope fuerat, ut & ego superposita manu ori, & obturata fistula linguæ, (2) januas labiorum meorum taciturnitate concluderem. Sed absit hoc à fide mea, ut aliquam dicam plagam esse, quæ non habeat consolationem: cum mihi Propheta proclameret: *Numquid medicus non est in Galaad, aut resina non est illic?* [Quare non ascendit sanitas filie plebis meæ?] (3) Galaad enim interpretatur acervus testis: & hunc acerbum testem totum canonem divinorum Librorum esse sentimus, ubi indissolubilium cumulus testimoniorum, vélut quidam congestus est lapidum: in quo cumulo medicus verus noster Dominus Jesus Christus, si quæsusitus futerit, invenitur. Resina autem quid est, nisi continentiae virtus, quæ dissoluta conjugit, & scissa conglutinat? Quod nos scientes non dubitamus ad consolationem ipsius plague quæ contigit, oris nostri lamenta miscere. Audivimus enim horrendæ cladis excidium: audivimus exultantem de ruina militis Christi Satanam: & jubilatio vocis quam in triumpho suo diabolicus dedit exercitus, ad aures nostras usque pervenit: & testem Deum invoco super animam meam, quia (4) sunt mota viscera mea, & ita

(1) Bibl. PP. Paris. 1624. solarium. (2) Eadem, obturato lingue fibilo. (3) Uncis inclusa defuncta aqua Flor. (4) Bibl. PP. quod in a fuit.

commoverunt se ossa mea, ut omnem partem corporis mei sentirem eadem plaga torqueri. Neque enim absque damno meo hoc accidisse dixerim malum, ubi membrum corporis mei diabolica sagitta percussit; cum Apostolus dicat: *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.*

1. Cor.
12. 16.

^{2.} Sed non admittitur in totum animus meus lamentationi vacare vel fletui, quia adversus vos mihi locus est irascendi. Ecce (1) in communis inimicos processit frater nobiscum in prælio, & subito prostratus est casu: hunc vos nec sepultura dignum honore judicatis, sed reliquistis eum feris & altilibus devorandum. Ubi est misericordia Christianæ religionis, quam Magister noster sacrificio docuit esse meliorem? Ecce ja-
cet frater ab hoste percussus: adhuc forsitan palpitat; & vos quia sine vulnere estis (2) revertimini, ne consolationem quidem (3) plagæ ipsius deferri tentastis. Nolite esse sine formidine, beatissimi fratres: fortior tempercussit inimicus, ut celerior postmodum ei fieret aditus ad reliquos. Ut quid ergo spernitis vulneratum, aut sic putatis esse (4) mortuum? Melior fuit concubina Saulis filia Resphâ, quæ corpora defunctorum, quos David pro Gabaonitatum ultione percusserat, eo usque accincta facco, hoc est, cilicio custodivit, donec eis roraret aqua de caelo, id est, donec pro venia eorum misericordia cœlestis stilla defueret. Melior ille Judas Machabæus, qui etiam pro mortuis fratribus orationem creditit esse faciendam, quos furata de Jamnia Civitate idolorum dona prostraverant.

Matth. 9.
13.2. Reg.
21. 10.2. Mach.
12. 40.G. 15.
16. 15.

17. 15.

18. 15.

19. 15.

20. 15.

21. 15.

22. 15.

23. 15.

³⁰ Ut quid rogo medicus noster inter librorum suorum loculos tot constituit genera pigmentorum, si nihil est ex omnibus emplastris ejus, quo sanari possit vulnus, quod infixit inimicus? Itane fuit quod lateret Archiatrum, (5) cui nequaquam artis sua peritia

(1) Bib. PP. Ecce enim contra. (2) Estis deest apud Florium. In Bibl. convertemini sed melior quæ in Florio ex Erasmo letio est revertimini. (3) Bibl. & non consolationem plagæ. (4) B. cum. (5) B. Architectum.

provideret? Et si placet aperiamus scholam medici nostri, & à principio Canonis vulnerum & medicaminum species perquiramus. Ecce in ipsius introitu scholæ occurunt illi duo auctores seminisi carinalis, (1) qui venenato serpentis dente percussi, non statim perpetuae poenæ mortis addicti sunt; sed dejecti de paradyfi deliciis, id est, de Ecclesiæ libertate, & de Sacri Communione mysterij, ideo temporarie sub typo mœroris tribulationisque damnati sunt, ut malagmate poenitentia sanarentur; & eo usque de ligno vitæ, id est, Christi pâncipio exiles fient, donec ad eum per romphæam flammeam, id est, ignitam martyrij passionem, aut per Cherubim Domini, qui interpretatur *multitudo scientia*, remearent: de quibus nunc per singula non est temporis loqui. Quid vero ille fraticida cui ob hoc signum Dominus mandat imponi, ne ab aliquo possit

Genes. 4. occidi? Non vult enim Deus mortem peccatori, sed ut convertatur, & vivat. Nec longe ab his distat ille princeps patrum, qui primus creditiz, & reputatum est ei Gen. 15. ad iustitiam; qui captum ab hostili legione filium fratris, assumpta vernaculorum turba, surripuit: quem postmodum de Sodomæ plaga, id est, de judicio gehennæ, habito cum divina maiestate colloquio, hoc est orationis suæ meritis liberavit. Et tu ergo assume vernaculorum turbam, (2) id est, opere tuo non alieno, fratri auxilium praësta captivo. Loquere cum Domino, hoc est, ora ad Christum, ne cum futuri judicij ignis exurat.

Gen. 34. 4. Imitare Patriarcharum opus, qui stuprum sororis suæ in alienigenarum manus incidentis, non solum horruerunt, sed etiam vindicaverunt. Requite tamen qui ultores fuere peccati. Nonne Symeon, atque Levi? Et tu ex tribu Levi es, qui ecclesiastico servis officio Symeon autem obauditio interpretatur. Et tu ergo qui obediens fuisti Deo, inobedientem animam liberare

(1) B. Adam & Eva. (2) B. pro isto. Erasmus, turbam, id est, proprio opere tuo. (3) *aut*

aut vindicare cur cessas? Anima autem fratris tui, soror tua est; quam si passus fueris inter alienigenas servire, peccabis. Sed dicas fortasse, Levita est iste, qui cecidit: non ei remedij potest medicina conferri. Eras frater: recurre ad scholam medici. Ecce in secundo loco, id est, Exodi libro, ubi totius plaga populi vulnusque describitur, etiam Levitæ peccasse referuntur; qui priores ad correptionem Legislatoris emendati esse perhibentur; & non tam in eis peccati crimen arguitur, quam velox conversio in poenitentiæ celeritate laudatur. Cujus rei etiam in Ezechiele meminimus Dominus noster cum dicit de Levitis: *Qui primi exierunt a me, cum errasset Israel.* Ipse quoque Pontifex ad suggestionem populi idolum fabricavit: pro quo orationem fecit Moyses, hoc est fraterno liberatus est auxilio. Sed dicas fortasse beatissime: Adhuc nec Levitæ sanctificati erant, nec Pontifex consecratus, cum istius mali crimen admissum est. Non contradico perspicaciam tuam, quam ex Scripturarum voluminibus conceperisti. Tamen sic possem respondere tibi (1) secundum Apostolicam sententiam, qua loquitur ad Hebreos, quia in Abraham lumbis latens Levi decimas Melchisedech dedit & accepit. Aut ipsi Aaron quid tibi minus videtur fuisse de Pontificali honore vel gradu, cum Ægyptum signis percussit horrendis, & egrediens nocte cum populo, sanctum celebravit Pascha? Scimus autem quia sine Sacerdote Pascha non poterat celebrari.

Sed intermissis his, interrogare te volo: Quid erat Aaron, cum adversus Moysen invidiae livore percutitus, juncta sibi Maria, murmuravit? At dicas fortasse, minus est invidia quam fornicatio. Lege ergo beatum Apostolum, qui dicit: *Neque fornicarij, neque invidi, neque maledici, neque avari, neque detractores regnum Dei consequentur.* Vides ubi velut æqualia sibi similiaque junguntur, quæ ad Cælorum regna non su-

beunt?

(1) Bibl. respondissem tibi, si possem respondere.

Num. 12. beunt? Adverte cujus poenæ sententiam mereatur invidia, per quam prophetissa Maria lepra percuditur?
10.
4. Reg. 5. Cujus etiam avaritia pro qua Giezi Elisæi minister similiter sorte damnatur? Tu vero qui avarum non detestaris, qui invidum non refugis, qui detractorem raptoremque non devitas, fornicatorem ad tempus fratrem revertentem, æternæ mortis poena condemnas? Nec ideo hoc dicimus, ut peccandi frena laxemus. Advertat quisquis hoc legerit, quia non viventibus loquimur, sed mortuum consolamur. Denique resurgat, & videbis, (1) quod statim ei trademus Psalmistæ versum dicens: *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Accipiet virgam correctionis, & baculum qui sustentare possit infirmum. Ita autem intelligamus (2) Apostoli dictum, quod neque invidi, neque fornicatores, neque aliena appetentes, regnum Dei possidebunt, id est, si quem in hoc vitio tempus accensionis invenerit; quia alibi Dominus dicit: *Unumquemque in vijs suis judicabo.* Et ipse Apostolus ait: *Quales aliquando fuerint, nihil mea interest.* In Epistola sua beatus Joannes orare mandat pro fratre qui non habet peccatum usque ad mortem, id est, non usque ad extremum vitæ suæ finem peccatorum suorum mala fuerit secutus. Nam de Levitis quod superius dixeras, non eos fuisse sanctificatos, cum peccatis fuere polluti: quid tibi videtur illud, quod scriptum est in beati Esdræ libris, ubi (3) reversi de captivitate Babiloniae, & reconstructis nuper (4) templi dominici fundamentis, non solum plebs vulgi, verum etiam familia Sacerdotalis, (5) & illius Iesu magni, invenitur in mulieribus alienigenis, hoc est Syris, & Idumæis, & Moabitæ & Ammonitæ esse permixta? Qui tamen omnes peccato eodem, accipientes consilium Esdræ, & recedentes à mulierum alienigenarum consortio, caruerunt: Unde vides, quod

(1) B. videbit...tradimus. (2) B. intelligimus. (3) B. dicuntur. (4) Dest nuper in B. (5) B. Sacerdotalis familia iustificatione illius Iesu magi in mulieribus...permixti.

sicut peccati contagione maculamur, ita expulsione ejus abluimur.

6 Ne queso beatissime, fratrem nostrum in profundo putei sub iniqui principis potestate demersum, lapidibus desperationis obruamus. Imitemur illum Æthiopem, qui Sanctum Hieremiam in lacum ab iniquo Rege demersum, assumptis triginta hominum auxiliis, & demissis ad eum pannis ac funibus⁽¹⁾ liberavit. Ecce frater in lacu est: assumamus triginta homines, id est, sive Beatae auxilium Trinitatis, sive cum labore animi, carnisque & spiritus, demersum in profundo putei libereimus. Mittamus ei pannos veteres: reducamus in memoriam ejus exempla antiquorum, qui per peccatum collapsi, postmodum de profundis malorum per poenitentiam ad superna relati sunt; quæ cum ei ante oculos posita fuerint, desperare non poterit. Solet percussus miles in primo certamine, in secundo fortius dimicare, & contra percussorem suum magis iratus surgere. Ecce in sæculi fine consistimus: instant pro Christi nomine prælia passionum. Quid mirum si ille quem fornicationis hasta percusset, in passionis congreSSIONe superaverit? Quid si vixtor fuerit in martyrio, quem vicerat incontinentia & libido? Nonne sic fecit ille Nazaræus ex repromissione natus, quem cum in perniciem sui mulieris blandimenta vicissent; postmodum in fine obitus sui, sub martyrij passione, maiorem inimicorum exercitum prostravisse, quam ante quando Nazaræus, hoc est, immaculatus fuerat, reperitur? Sicut enim illa Sacerdotalis familia de Heli cognatione descendens, cui juraverat Dominus, ut nulus de ipsis ante faciem ejus assisteret, eo quod gravibus peccatis Dominum provocasset: nonne omnis illa cognatio pro Davide à Satile refertur occissa? Et quid est hoc, nisi forma martyrij, ut quos grave peccati crimen involverat, mors pro Christo illata liberaret? Hæc sunt beatorum voluminum sacra mysteria. Sic yasa sua

Hier. 38.

7. 12.

Jud. 16.

1. Reg. 3.
14.Ibid. 23.
18.Hier. 18.
6.

nequaquam figulus patitur interire, qui etiam ea confracta, & in lapidibus illisa redintegrare posse se dicit.

4. Reg. 4.

14. 20.

Gen. 22.

15. 5.

Hebr. 11.

18.

7 Ne spernas, queso, fratrem defunctum: filius est Sunamitis sterilis, id est, Ecclesiae: ex reprobatione natus est iste, qui mortuus est. Quondam enim nativitatem ejus secundo Abrahæ Dominus in Isaac semine spopondit atque pollicitus est; cuius caput in messe calore percussum est, id est, principale mentis ejus inter ipsam spei libidinis flammam concaluit. Curat ad Eliseum mater ejus, id est, sollicite plangat Ecclesia: Resurget enim si fideliter hoc speraverimus à Christo. Et tu beatissime, in defuncto fratre opus imitare Elisei: manus manibus, pedes pedibus, os ori compone primum, ut compatiaris ei, qui mortuus jacet; neque elatus integratatis tuae triumpho, superexcrescas eum, aut superextendas te ei, quem repentina mors rapuit; sed imitare Apostolum qui dicit: *Timeo, ne bumiliet me Dominus Deus meus apud vos, & lugeam multos ex eis, qui ante peccaverunt.* Appone præterea oculos tuos oculis ipsius, [manus manibus, pedes pedibus: custodi oculos ipsius] (1) ne in perditionem sui ulterius evagentur: os illius, ne confabuletur iniqua: manus illius, ne operentur adversa: pedes illius, ne vagentur in turpibus. Et sic cum pro custodia sui membris illius membra tua fuerint copulata, non solum peccandi ulterius spatium non habebit, verum etiam spem capiet resurgendi; ut qui peccati frigore mortuus est, consolationis tempore revocetur ad vitam. Memento autem ut omnes à conspectu ejus ejicias: nullus videat, nullus in medio sit, nec quisquam sibi visionem ejus de propinquitate præsumat. Quid dico propinquum? si mater illa carnalis sit, nec ei aditus detur intrandi. Sic enim Eliseum in Sunamitis filio, sic Dominum nostrum in Principis filia, sic beatum Petrum in Dorca viuenda fecisse cognoscis. Valde enim debet secretus & so-

4. Reg. 4.

32.

Matth. 9.

25.

Act. 9.

50.

li-

(1) Uncis clausa defunt apud Flor.

uncis clausa defunt apud Flor. (1)

litarius locus mortuo in peccatis homini preparari , ubi nihil capiatur amplius , quam medicus & cadaver.

8 Ne quæso Beatissime , percussum fratrem & aliquid nobis placitum relinquamus , inermem quem invenerit inimicus . Defuit ei lorica justitiae , galea spei ac salutis , & gladius spiritus , quibus armantur milites Christi . Curetur rogo quia adhuc palpitat ; & revertatur ad pugnam . Nonne ille egregius & fortis David , qui in adolescentia sua gigantem miræ magnitudinis superavit , ipse mulieris inepta nuditate superatur (i) Qui mox ut Prophetæ vocibus , quod peccasset , agnoscit , statim ad poenitentia malagma confugieris , cicatrices criminum confessionis satisfactione sanavit . Sed nec sic quoque eum impugnare destitit inimicus . Nam & postea eum , populum numerando , peccare persuasit ; & pene telo Gigantis occidit , nisi eum Abisai frater Joab Principis militiæ interposita auxilijs sui tuitione liberasset . Unde etiam credo , ipse in Psalmo LXX . dicit : *Mei autem pene moti sunt pedes* . Et alibi : *Sape expugnaverunt me à juventute mea* . Sed qui dicis , non fiat ejus memoria quia turpi peccato seipsum jugulavit ; require primum , frater , utrum iste qui cecidit in pugna inventus , an in domo fuerit vulneratus : quia plus quidem misericordiam meretur , quem in certamine hostiis percussit , quam ille quem dormientem latro confoderit . Ego illum certe in prælio vidi constitutum : pugnabat cum scuto jejunij adversus illecebras gulæ : pugnabat cum taciturnitatis lorica contra detractionis jacula , & reliqua tela maledicta ; sed in illo loco , in quo securiorem se arbitrabatur esse , percusus est . Sicut enim Asael frater ille Joab Principis militiæ David , qui *velox sicut cervus à Scriptura esse perhibetur* , ob hoc credo , quod inquinatio corporis puritas donum ei velocitatis indulserat (Corpus enim , quod corrumpitur , aggrauat animam) ab eo , quem persequitur Abner , de cuius lincea in renibus refertur esse percusus . In quo loco membris , vitium for-

(i) Bibl. PP. superatus , mox &c.

Ammon. B. (1)

Ephes. 6.

14.

1. Thess.

5. 8.

1. Reg.

17. 5. 2.

11.

2. Reg.

24. 1. 5.

21. 16. 17.

Ps. 121.

1.

2. Reg.

18. 23.

Sap. 9.

15.

fornicationis poni, nullum puto esse qui dubiteret. Sicut etiam ipse Abner à Joab fratre ejus postmodum in inguine percussus esse perhibetur; quia fornicationis forma non alibi quam in inguine merebatur interfici. Numquid autem Asael consolationem fratrum non meminit, (1) quem ita totus Davidis planxit exercitus? aut de libro vite deletus est, id est, de memoria Dominicæ lectionis? Sic Scriptura non oblitiscitur, ut etiam velocitatis ejus quam ante mortem habebat, faciat mentionem, cum dicit, *Velox erat sicut cervus*, id est, qui non solum perspicacia mentis inimici laqueos evitabat, verum etiam Serpentium, hoc est, adversariorum virtutum interactor exitit.

Memento, frater, quod caro sumus: mare illud (hoc est, forma baptismi) quod beatus Joannes in Apocalypsi vidisse se dicit, vitreum fuisse descripsit: & ideo in nobis cito periclitatur, aut frangitur. Lubrica est via saeculi hujus, glaciali iniquitate constricta: quam cum modice concupiscentia calor solverit, facilis est ad lapsum, ruinamque miserorum. *Ponige manum tuam iacenti fratri*, qui confusus pudore peccati, nec erigere se, nec oculos audet attollere. Comple legem Moysi: *Si cedentis asinus fratris tui sub pondere*, hoc est, caro vista peccato, acclinate & humilia te, & subleva de ruina. Quid erubescis conjungi homini peccatori?

Respicie illum, qui dicit: *Noli nimium esse justus*. Magister noster à latronibus vulneratum, non solum cura dignum judicat, verum etiam ad stabulum suum, & ovile restituit; ac datis stabulario duobus denariis, hoc est utrisque divini Canonis testamentis, majus ei præmium pollicetur, si diligentia sua percussum hominem ad statum pristinum reduxerit. Et tu ergo collige fratrem, quem diabolus latro cum satellitum suorum turba percussit: adsigna stabulario, hoc est, B. Episcopo, qui si quid in eo impenderit, amplius à Domino consequetur. Sed dicis forte: ille vulneratus erat, hic mortuus est. Et tu ergo si mortuum

(1) B. meruit.

tum dicens, vel juxta Elisei illum ossa constitue. Nolo ut eum longe segreges à Christi membris, quia ipse consortio meliorum erubescet, & resurget ad vitam. Non emendationis parvum putes esse tormentum, si peccator adsciscitur in consortium beatorum, quia illorum præmia, sua sentit esse tormenta. Si quis laudatur erubescit: si quis vituperatur, agnoscit. Inter haec verborum flagella constitutus, satisfactioni, emendationique semper approximat.

4. Reg.
13. 21.

10 Jam vero illud quale est, quod à quibusdam audiuntur dici: ut illa vel ille, qui criminis peccatiique confortes sunt, veluti in matrimonio conjugioque jungantur. Absit hoc à Christiani oris eloquio. Serpentis est ista suggestio, ut illius quem occidit etiam cadaver adsumat. Nonne simile est, si quis percussus graviter, extremo anhelet in fine; & hunc terrenus medicus, si forte visitaverit, quia non posse vivere suspicetur, horretur occidi? Simile est sine dubio quod dicitur. Inventus est frater, aut foror, concupiscentie telo graviter vulneratus: huic cum sceleris sui nuptiæ (1) suadentur, quid aliud dicatur nisi occidatur: quia vivere aut evadere non poterit de hac plaga? Nescis fortasse quæ poena maneat desperantem? Ille nuncius Saulis mortis, cum ad David venisset, & referret ei inimicum suum esse prostratum; David causam mortis inquirens, audivit ab eo quod ipse nuncius illum suo gladio peregit, addens & dicens: *Quia videbam, quod i&ctu illati in se vulneris non erat victurus*: quem David statim morte damnavit; cum percussum ab hostibus desperasset esse victurum, & eum sublata spei fiducia jugulasset. *Quin imo more Davidico* scindantur vestimenta cordis & pectoris: flebilis vox tollatur in planctum: doceatur (2) lamentum Israëliticus populus, id est plebs Ecclesiastica, & dicat: *Subeva lapides tuos super altitudines tuas, & cogita de imperfectis tuis, quomodo ceciderunt potentes in pælio*. Non nuncietur hoc in Geth, neque prædicetur in viis Ascalonis, ne forte leten-

2. Reg. 1.
2. seq.

V. 10.

V. 19. 8
10.

(1) B. ipsius nuptiæ. (2) B. vocetur in lamentum.

eur filie alienigenarum, & exhibilarentur filij incircumcisorum; & reliqua, quæ continentur lamenti ipsius edito; & dicat, aut loquatur: ecce prohibetur, ne in terminis Geth, neque in finibus Ascalonis, hoc est, in notitiam sacularium, sive hominum mundanorum, casus fratris vel ruina seminetur: & nos passi sumus, non solum ipsam quam incolit civitatem, sed etiam totum orbem famæ ipsius desperatione completri? Nonne huic præcepto cohæret etiam ille Evangelicus sermo, qui dicit: Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum solus; quod si te audierit lucratus es eum: si autem non te aud erit, adhibe tecum duos, vel tres testes, & reliqua quæ continent sermo præcepti. Vides ergo quid dicit: Ne exhibilarentur filij incircumcisorum. Me miserum, qui ista cognosco! Filij enim incircumcisorum qui sunt, nisi homines hujus sæculi, in peccati sui errore & gentilitate viventes? Hi ergo exhilarantur, cum audiunt ruinam militis Christi, vel ex illius se consolantur opere, dicentes: Ecce qui nobis exprobratur à ceteris: ad cuius exemplum cogebamus vivere, qui cum nostro emersisset è corpore, tamen ad confessionem nostram vita ejus dicebatur esse dissimilis: Numquid non melius erat nec inchoare quod borium est, quam tam turpiter cadere, aut non posse completere quod coepéris? Nescientes quod judiciorum Dei majorem forsitan excusationem habitura sit anima, quæ bonum voluisse, & ab insidiatore supplantata esse noscitur, quam ea quæ rebellis Dco, ex servilis desperatione formidinis magis elegerit jugo captivitatis addici, quam periculum certaminis experiri: Nonne apud Regem suum miles excusat in propriis vulneribus, & plerumque strenuum bellatorem cicatricum suarum plaga commendat?

Sed prætermisis his, plangatur defunctus, sepeliatur mortuus; id est, partim nostro labore, partim verecundiæ suæ confusione peccatum ejus celetur, & auferatur è medio. Nos autem consolationis linteamina, & caelstis spei pigmenta tribuamus: ipse autem intra sepulcrum secreti sui confusus pec-

Matth.
18.15.

peccati pudore contineat se ; ibi conscientiae suæ verme laceretur , qui totas in eo putredines peccatorum consumat , donec nullum ex se fœtorem famæ turpis emitat. Nonne sic Beatus Tobias veniam misericordiae Tob. 1.
cælestis emeruit , mortuis in captivitate fratribus tri- 18. 9^o 2.
buens sepulturam? Credo lapsis sub mundialis principiis dominatione suadens insinuansque poenitentiam. 9.
Et nos ergo secundum quod meretur , corpus illius contegamus. Ecce exiit Propheta de Jerusalem , hoc est , de domo Domini adversus Béthel , quæ fornicabatur à Domino , id est , mundi istius Civitatem ; cui præcep- 3. Reg.
rat Dominus , ne de cibo ejus gustaret , aut potu. Sed 13. 1. 9^o
qui per Pseudo-Prophetam , id est per spiritum fornicationis deceptus est ab iniquo , cecidit in potestatem Leonis , ac sortem , qui rugiens circuit , quærens quem devoret. Qui tamen juxta cadaver ejus assilist , ut nisi fuerit ad Ecclesię finum , & sepulcrum portatum , in cibum ei escamque proficeret. Sed nos vel Pseudo-Prophetæ imitemur officium ; & eum quem percussit Diabolus , debito omnibus honore tumulemus. Solet Christus de tali sepulcro mortuos suscitare : tantum ne cadaver ejus devorandum feris aut alilibus , id est , vi- tiiis , sive hominibus saceruli relinquamus. Qualiter rogo de misericordia Domini possumus desperare , qui etiam Pharaonem arguit , quare nequaquam poenitere dignatus sit , dicens in prophetia Pharaonis: *Brachia Regis i Egypti contrivi ; & non est deprecatus , ut daretur in eo sanitas , & redderetur ei virtus ad comprehendendum gladium.*

12 Salomon ille mirabilis , qui meruit adstricxi Dei , hoc est , sapientiae copulari , in alienigenarum mulierum incurrit amplexus ; & vinculo libidinis illaqueatus , etiam sacrilegij errore se polluit , quando simulacrum Chamos Moabitico idolo fabricavit. Sed qui per Prophetam culpam erroris agnovit , numquid misericordiae cælestis extorris est ? At forsitan dicas : Nusquam eum in canone lego poenituisse , neque misericordiam consecutum. Audi ergo frater. Poenitentiam ejus , quæ

Sap. 9. 4

3. Reg. 32
11. 7.

quæ non scribitur publicis legibus, fortasse ideo acceptabilem aliqui dicant, (1) quia non ad faciem populi, sed in secreto conscientiae, Deo teste, pœnituit. Veniam autem ex hoc consecutum esse cognoscimus, quia cum solitus fuisset à corpore, sepultum illum inter Regum Israelitarum corpora Scriptura commemorat: quod tamen alibi peccatoribus Regibus abnegatum esse cognoscimus, qui usque in finem vitæ suæ in propositi perveritate manserunt; & ideo quia inter Reges justos meruit sepeliri, non fuit alienus à venia: veniam autem ipsam sine pœnitentia non potuit promereri. Synagoga illa Core, cum pro ausuis sui temeritate terræ hiatu, viva fuisset absorta; arulæ tamen eorum, in quibus ignem succendebant alienum à Domino circumdari jubentur altario, ob hoc quia sanctificatae fuisse dicuntur: quas nos animas eorum esse sentimus, in quibus adulterinæ flammæ calorem præsumpta libertate suscepereant; & ideo vivi deglutiuntur; arulæ vero eorum perire prohibentur; sicut etiam Apostolus dicit:

2. Cor. 5. 5. *Dedi hujusmodi hominem Satana in interitum carnis, ut spiritus salvas sit in die Domini nostri Jesu Christi. Considera ergo frater, quam paucis tribuitur, ut de amphitheatro mundi istius, ubi cum feris, hoc est, cum viiis depugnatur, immaculati à peccati mortuæ membra liberent sua. Quod expertus ille dicebat: Ne tradas bestias animas confitentes tibi. Sed quia jam dudum est, quod tecum sermocinamur, cavendum est nobis, ne offendat te nostra verbositas. Unde etiam ad te, [paululum] (2) cuius causa hæc diximus, stilum vertimus.*

13 Quid me refugis frater? Quid te magis consolatio mundialium hominum credis? Illi fortasse rideant (3) culpam tuam; ego plango, & si commori necesse erit, optabo. Quid erubescis præsentiam nostram? Si-

(1) B. pœnitentia ejus quæ non inscribitur publicis legibus, fortasse ideo acceptabilior judicatur, quia &c. (2) Dicit paululum apud Flor. (3) B. ad orans rident.

milis nobis causa est , quia & ego in tuo negotio puden-
re confundor. Rasit ut video , Ammonitus Rex mili-
tibus David , hoc est , ministris Christi , dimidium bar-
bae , & tunicas eorum usque ad inguina præcidit : id
est , sustulit ab eis in dimidietate barbae virilem speciem,
& effeminari eos per delectabilem vitiorum novaculam
fecisse monstratur. Dimidia autem barba tibi rasa est,
quia uno vitio , si quid boni in Dei virtutibus gesseras,
perdideris : dimidia & tu rarus es barba , quia si vo-
lueris reliquo vita tempore quod tibi supereft la-
borare , concrescat. Præcidit vero tunicas usque ad in-
guina , cum turpia facta quæ ipse persuaserat , in ocu-
lis hominum revelavit. Sed & super hoc spes. Sedeau-
mus in Jericho , donec crescant barbae nostræ : id est,
simus opprobrium & ignominia meliorum , & efficiamur
anathema omnium , sicut in Jericho Israelitico populo
fuit , donec barbarum species nobis , hoc est , virtu-
tum incrementa nascantur. Crede mihi , quia Regi
nostro dolebit injuria , ulciscetur nos milites suos , qui-
bus in dehonestatione sua fecit ista inimicus. Abfuit
paulisper à conspectu nostro Rex noster David ; & ideo
victi ab inimicis partem agri plenam lenticula rubicun-
da , quæ est verecundiæ nostræ & delicatae castitatis for-
ma , confregimus. Sed jam ubi recordationem peccati
Rex noster oculis nostri cordis aperuit , stemus , ut vel
illud quod residuum est , id est reliquum vitæ nostræ
tempus defendatur , ut salvum sit. Ne quæso , te per-
suadeat quisquis ille dicat tibi , ut scelus hoc in conju-
gium vertas , ac de crimine matrimonium voces. Nolo
offensam Dei provokes , atque multiplices. Si enim id
vocatur in culpam , quod furtive ac cum timore per-
suasit tibi inimicus , quomodo merebitur veniam , quod
veluti insultans Deo & ejus judicio , publice tibi coepe-
ris (1) vindicare ? Imitare illum Amnon Davidis fi-
lium , qui cum in fororis suæ stuprum illicita flamma
caluisset , postmodum eam magis exosus est , quam an-

2. Reg.
10. 4. G.
seqq.2. Reg.
13. 15. G.
seqq.

tea

(1) B. cœperis illam uxorem vendicare

(1)

tea amaverat ; & pro hoc facto occisus est à fratre, quia agnita culpa erroris non mansit in crimen, sed materiam ipsius peccati vehementer exosus est. Unde etiam suspicamur Davidem ei non fuisse commotum, quia cito vidit eum poenitentiam recepisse, & id per quod unius horæ spatio deceptus est, statim eum impatientia odiisse, & virtute poenitentiae disruptisse ejus laqueos. Qui vero captus est in rete vitiorum, & patienter inimicis suis, hoc est, venatoribus acquiescit, donec etiam recludatur in cavea, & ibi longo temporis spatio saginetur ad pompam, tum maxime principalibus sæculi, cum occisus fuerit, placitus est. Donec (1) muscipulam fornicationis evaseris, non te ebrietatis laqueis credas, per quos animos irati Absalonis incurras; quia luxuria atque ebrietas, quædam sibi in vitiorum nativitate germanitas est.

Ibid. 14. 14. Attolle ergo animos frater, erige oculos, quos conscientiæ pudor inclinavit; nec te inimica desperatio confringat. Ecce Absalon, qui fratrem occiderat, per amicorum suffragia Regis veniam promeretur; ita ut etiam osculum pacis, & præsentiam vultus Christi non desperet exposcere. Et tu ergo quos amicos Davidis esse nosti, qui quondam pater tuus, quando non peccaveras fuit, humilis esto & accliris, ut quod à te non potes, per illorum suffragia merearis. Ac si forte duri fuerint in audiendo, opportune importune non desinas supplicare; quia Absalon per injuriam meruit, quod per amicitiam impetrare non potuit; & quod pro meritis non meruit, per injuriam obtinuit. Vis scire quod plerumque per occasionem injuriæ sancti pro peccatoribus deprecantur? Beatus ille unus ex Quatuor Confessorum caput & Martyrum, cum ab insano populo lapidibus urgeatur, in ipso exitu Israel de Ægypto, id est animæ de corpore discedentis, genu flexo, Patri pro peccatoribus supplicavit: Magistri nostri secutus exemplum, qui persequenti semetipsum populo veniam postulabat.

Ecce

(1) B. Donec etiamsi

Ecce vides ubi occasio precum nascitur ex injuria & poena sanctorum. Nec hoc ideo dicimus, ut tu per contumeliam beatorum suffragia merearis; sed consilium damus, ut si pro magnitudine sceleris tui supplicare non ausi sunt, importunitatis tuae injuriam patientes, facilius pro eo à quo lèsi sunt, audiantur. Incende hordeum finitimum tibi, quod est in agro; quia lingua ignis est, ager autem est hic mundus. Sic quandcumque cœperis vitæ bonæ fructibus derogare & dicere: ecce quales sunt sancti, qui pro peccatoribus non audent rogare: ubi est quotidiana merces operis? tunc incensa per lingam tuam sanctorum spes incitabitur ad fiduciam deprecandi; quia cognoscent te ad hanc necessitatem, utilitatis tuae causa, non vitio detractionis impactum: sicut Absalon, non ob hoc segetem Joab incendit, quod nocere vellet ei tamquam inimico; sed ut vel sic ad detrahentem sibi respiceret, quem non audierat blandientem; & ita ejus præsentiam mereretur, qui Christi erat proximus vel amicus. Fructus enim sanctorum qui secundum homines est, in hordeo non incongruenter accipitur: qui vero secundum Deum, in tritico poterit estimari: quia non dubium est, Sanctos utrumque seminare secundum Apostolum, providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Et ideo Absalon hordeum finitimum sibi, id est, conversationem quæ inter homines agebatur, incendit: ad illud vero quod coram Deo est, pervenire non potuit, quia illud solus Pater agnovit.

Sed forsitan dicas: Persuasio tua quietum requiret hominem vel securum; me autem necesse est quotidie persecutorem facili formidare, qui in me decus proximæ suæ optat ulcisci. Si ergo tale aliquid pertimescis, ecce sex refugij Civitates, quas si placet, ingredere. Ac si forte pro conscientia peccatorum, illas quæ sunt in terra reprobationis, hoc est, in Ecclesia, intrare non audeas; est Bosor ultra Jordanem in solitudine, quæ interpretatur angustia; id est, cellula

2. Reg.
14. 30.

Rom. 1. 17.

Jof. 20. 2.
seqq.

Genes. 49. monasterij parva vel modica , & optime tibi conveniet, quia de sorte Ruben est , & ipse torum patris maculavit illicite. Est & Ramoth de sorte Gad , (1) quæ interpretatur *excelsa mors* , vel *visio mortis*. Vere enim excelsa mors , pœnitentia dicenda est , cum mortificatis membris deducatur homo ad excelsa Cælorum, unde fuerat ante dilapsus : sive juxta istam humilem mortem quæ generaliter omni carni imminet , illa ad comparationem ejus rationabiliter excelsa nominatur ; quia multo nobilius est per pœnitentiam mori , quam communī hac morte dissolvi. Si autem visionem mortis sentire velimus , ita potest intelligi , quia cum sumus in pœnitentia constituti , & ante oculos nobis ponimus gehennæ infernique tormenta , videmus ipsam speciem mortis , de qua pœnitentiæ beneficio liberamur. Tantum memineris te in ancillæ filij civitate agere pœnitentiam ; quia *omnis qui peccat, servus est peccati* , & formam servi accipiens , necesse est humilie te ipsum usque ad mortem. Est Gaulon in finibus Manasse , quæ interpretatur *volutatio* , ut tu memineris tibi in cilio & cinere esse volutandum , & hoc in finibus Manasse , qui interpretatur *oblivio* , ut *obliviscens ea quæ ante gessisti* , in priora te extendas. Hæc ergo inhabitata , ut per angustias , mortem & volutationem , iram persecutoris evadas , & spem salutis invenias. Tum deinde in his si quid utiliter gesseris , etiam ad Cades in terra reprobationis quæ est in Galilæa , poteris pervenire : quæ interpretatur *sancta* ; ut cum in tribulatione opus corruptionis abjeceris , etiam ad sanctam tibi Ecclesiam tribuatur accessus , & in sortem Nephtalim , quæ dicitur *vitis remissa* , ut de Sacramento Dominici sanguinis participare merearis. Sed nec Hebron aditus tibi claudatur , quæ interpretatur *conjunction* , siue conjugium. Revertatur (2) enim anima tua ad virum suum , id est , ad spiritum Dei , à quo pro tempore pecaminum fuerat viduata. Sicque etiam sextam Civitatem

(1) *B. Galaad.* (2) *B. revertitur.*

tem Sichiem , quam Joseph noster in hereditatem consequitur , propter quod ibi sepultus est , valebis intrare : quæ interpretatur *humerus* , sive *labor* ; ut ostendas te per laborem poenitentia ab errore tuo Christi humeris reportatum , & adjunctum nonagintanovem ovibus effectumque centesimum , quia ipsa Sichiem ab alienigenis centum agnis scribitur comparata .

16. Sed cur frater , adhuc jacentem te torpor delectat ? Surge , quia medicus advenit , qui dicit secandas esse putredines peccatorum , & post hæc curandam plagam ipsius cicatricis . Quid expavescis ? Quid refugis curam ? Qui hastam Zabuliticam , quæ sexcentorum fæclorum pondere prægravatur , nequaquam veritus es , cur subterfugis cultellos evangelici ferramenti ? Qui ignem inimici flamasque perpeffus es , cur ignem Domini , hunc quem venit mittere in terram , qui consumet fœnum & stipulam & ligna , formidas ? Abscinde à te putrem consuetudinis voluntatem : ure renes tuos & cor tuum ; damna inimicam tuam corporis speciem , per quam aut ipse deceptus es , aut alios decepisti . Horreant exinanita membra jejunio , & cilicum quod fordida ratione pollueras , pro tegmine habere consuecas ; ut cum attactu ejus atque asperitate compungaris , semper peccatorum tuorum stimulos recorderis . Linet (1) in te vitulum tuum Moyses , per quem luxuriatus es in eremo ; id est , carnem tuam legis ac jejunijs disciplina conficiat , ut ad nihilum redacta tenuetur . Legisti , credo : *Irascamini , & nolite peccare* . Ita & tu iralcere peccatis tuis , ut ultra non pecces . Præveni ultricis gehennæ sæva tormenta , & ipse tibi tortor existe , ut cum venerit , nihil inveniat , quod in te possit punire inimicus . Si venerit passionis occasio , memento qualiter tibi sub regis tui præsentia dimicandum sit , ut culpam emendare possis desertoris & refugi . Si vero forsitan defuerit hujus felicitatis occasio , ipse tibimet ipsi tuus poteris esse persecutor , ut sicut

li 2

Apos-

(1) Ita Vatic. Cod. apud Florium pag. LXXXIX.

Luc. 15.

4.

Genes. 33.

19.

1. Reg.

17. 7.

Luc. 12.

49.

1. Cor. 3.

12.

Exod. 32.

20.

Ps. 4. 5.

ad Cor. 6. v. 4. Apostolus dixit: per omnem mortem constitutas te Deo. Ingridere monasterij tui carcerem, & tenebras solitudinis, quibus ad lucem perditam revoceris, exquire. Sit tibi fames pro gula, sitisque pro flamma, ut manus carnificis voluntatis, per abstinentiam poenam, costarum compago nudata visceribus sit; & pro suppicio ignis internas ossium medullas duras sitis depascat incendium. Sit tibi vigilia velut officiorum custodia publicorum; ac sicut catena rigentis ferri, sic duriori consuetudine, & lege constrictus sub imagine martyrij veniam misericordiae caelestis expecta. Eja eja quid dubitas? Scalam illam Jacob unde lapsus es, dum velis ascendere, adhuc posita nondumque subtracta est: & licet in ruina tua omnia membra colliseris, tamen iterum conare ascendere; & donec venias ad illum gradum unde cecidisti, fortiter te serva atque custodi, quia licet lubricus sit omnis ascensus, tamen ille cito vergit, ac dejicit in profundum.

Genes. 28. 12. *Matth. 5. 4.* *Matth. 5. 34.* 17 Sed fortasse dicas, quia more Phariseorum imponam gravia onera super humeros hominum, & ipse digito meo nolim contingere ea. Ecce frater, quia nobis jurandi licentia prohibetur, si quid infelicitati meae credis, spondeo secundum misericordiam Domini, hujus me laboris quem suadeo, velle esse participem: consortium vero meum, (1) cupidus salutis tuae non solum ingero, sed etiam offero: ac si tu ad nos fortasse venire confunderis, manda, & ego ad ducentum te sine dilatione properabo. Horreat consortium tuum, velut Ruth de agro Moabitico, hoc est, animae de ebrietate & fornicatione venientis, qui sua tantum querit, & misericordiae nescius, de Israelitica sibi solum stirpe gloriatur. Ego vero licet Booz similis non sim, tamen animam tuam mihi cupio sociari: nec arguat me quisquam esse presumptionis, quia licitum est mihi semen de fratris defuncti vidua suscitare, ne perdam calceamenta paschalia, & exheres Christi passionis efficiar;

(1) Vide pag. 360.

ac pro verbo sponsi velut cæcus effectus , salivam jejuni-
oris quæ in terram projicitur & conculeatur, ne accipiam
donec effuso semine ad viduam animam defuncti fratris,
id est mortui per desperationem introeam ; sed quæsita
multitudine semenis, aggregata de Scripturis copiositate
verborum, huic viduæ conjungar, ac proximem, ut audi-
tis his, possit sine difficultate concipere, & salutis spiritum
parturire. Memini enim Apostolici verba præcepti, ubi di-
cit: *Quosdam quidem eripite de igne, dubios vero consolami-*
nū: & alibi: Qui revocaverit peccatorem ab errore via suæ,
salvabit animam suan de morte. Non est minimum si ex-
tremam aut summam auriculam de leonis faucibus ex-
trahamus: tamen si Beatissimum Pontificem, qui in iisdem
locis cum Sacerdotibus suis divino assistit altario , non
aliud reor quam Davidicum opus imitari; ut quando de
grege leo aut ursus ovem rapuerit , insurgat adversus
eum, & præstrangulatis faucibus prædam ex gutture ejus
eripiatur ; aut velut pastor bonus vagantem revocet , alli-
getque attritam, errantemque convertat.

1. Thess.
5. 14.
Fac. 5.
20.
Amos. 3.
22.

18 Tu tamen frater , nequaquam scelerato acquies-
cas impudicoque conjugio : non insultes ei , cuius iram
sustentare non poteris. Quin imo & illa quam tibi fecit
sceleris culpa consortem , revertatur ad virum suum. Numquid Patriarcharum soror postquam peccavit nup-
sisse perhibetur? Legislator præcepit , ut qui uxorem al-
terius macularet , cum ipsa lapidaretur pariter , & ideo
non permittit conjugium , sed sub nomine lapidum du-
ra sententia emendat corrigitque peccatum. Aspice Pro-
phetam , qui dicit: *Et dixi postquam meretricata es , ad*
me revertere. Licet Dominici templi vasa Rex captaverit
Assirius ; tamen revertantur ad templum , ne ea in per-
petuum Babylon immunda possideat. Licet per flammarum
turpis concupiscentia incenderit templum Domini prin-
ceps cocorum , qui domino suo , id est principi mundiali ,
escas nostrorum parat peccatorum ; tamen veniat Zoro-
babel , hoc est , Spiritus Sapientiae , qui jam intellexit
mulierum potentiam malis hominibus principari , & to-
tus in veritate confidit : veniat Esdras , Bibliotheca Le-

Levit. 20.
10.

Jer. 3. 1.

Jer. 27.
16.

gis, & memoria lectionis: veniat Naaman Syrus, (1) virtus confidentiae, contemptisque formidinis, qui pro reconstructione patriae principis potentiam non veretur; ac dispositis per singula Jerusalem loca, id est, membra corporis Angelicis Patriarcharumque virtutibus, ut colapsa restruantur, & restructa custodiat, & una manu serviat fabricae, alia vero custodiæ; quia Adam positus est in paradiſo operari & custodire. Redifificantur ergo per tropologias nominum clauſtra portarum. Restruantur in principiis (2) *Porta Probatica*, quam nos esse suspicamur auditum, per quem utrum bona sint, aut mala, quæ extrinsecus ad nos introeunt, comprobamus; quia fides ex auditu est. Faciamus quod Apostolus dicit: *Si estis in fide, ipsi vos probate.* Restruantur *Porta Piscatoria*, id est, viſum nostrorum vaga ſemper natura, ac per ſemitas maris, hoc eſt, vias mundi iſtius oculorum velox ac fugitivus aspectus; quia ipſe viſus pro ſagena poterit aſtimari: quicquid aſpicerit, ſtatiſ capit, & captum, ad cordis cellaria interiora transmittit. Restruantur *Porta in Anathoth*, quæ interpretatur respondens ſignum: quod ſuspicamur eſſe frontis patibulum, ubi ſignum ſalutis noſtræ & Dominice Sanctitatis accepimus, quod eſt aurea lamina, ubi Pontifex nomen Domini ſcriptum mandatur accipere tetragrammaton. Vis ſcire quia non incongrue portam in Anathoth, quæ interpretatur *respondens ſignum*, pro patibulo frontis accipimus? Jungit Prophetæ huic portæ *unguentariorum* loca, quæ per tropologias nominum ab aliis virtutibus dicuntur eſſe reſtructa. Unguentariorum autem loca quæ ſunt niſi illa quæ chrismatis ſanctificatione tanguntur? Sequitur post hec *Porta Frugis*, quam nos ſuspicamur eſſe oris ac ſaporis officium, per quam omnium ſeminum, hoc eſt, verborum Dei fructus egreditur. Restruantur & *Porta Stercorea*, quam nos ſuspicamur eſſe narium, ſive odo- ratus introitum, per quem nos turpis decepit illecebra, &

(1) Florius hic Nehemias legi debere monet. Mutila hac in editis.

(2) B. in primis.

& æstimavimus lucra esse, quæ erant sacerdota. Restruatur *Fortis Porta*, quam credo manuum nostrarum sive tactus officium esse; quia non fortiter tenuimus quod tenebamus, & alter tulit coronam nostram. Restruantur & *Muri Natatoriaæ*, id est, forma Baptismi nostri, & mystici fontis disrupta mumenta, quæ sunt castitatis insignia; quia soluto per luxuriam continentiae pariete, velut abruptis obicibus sacri laticis, fontis undam effudimus, atque perdidimus. Cujus muri propterea dicuntur restriui, ut cognoscamus tantam esse misericordiam Domini, ut etiam interruptæ castitatis tempora possint restituæ ad priorem similitudinem, continentiae virtute revocari. Sic & tu per vocabula nominum, ac tropologias locorum, hæc quæ dicuntur restriui, officia intelligas esse membrorum.

19 Donec (1) ne opus Babilonis Regis imiteris, ut in phialis templi Dominici vinum perditionis potare debere te credas, & hoc coram Diis tuis, Venere, Marte, atque Mercurio, id est fornicatione, vel avaricia, vel furore; quia scriptum est: *Furor hominis incontinentis est*, & alibi: *Avaritia, quod est idololatria*. Nam enim potestis solam in pecunia avaritiam computare; quia vel maxime avaritia in libidine esse sentitur, cui humquam finis imponitur. Quia vero phialæ in Templo Domini Virgines nuncupentur, Propheta nos docet dicendo: *Triticum juvenibus, & vinum suave olen virginibus*, ac si cui vini liquor infunditur, quid nisi phiala nuncupetur? Velim siquidem à peritioribus edoceri, ex qua Scripturatum auctoritate nubere corrupta suadetur; cum beatus David nec concubinas suas, quas filius turpi coitu maculavit, postea nubere aut viros habere permisit. Nonne viduas eas, præstans illis substantiam usque in finem servavit? Non vult David, hoc est Dominus Christus, ut in conspectu ejus ab alio viro habeatur uxor ejus. Denique illam filiam Saul, quam ad tempus in persecuzione perdidera, postmodum sibi poposcit reddi,

*2. Esdr. 3.
15.*

*Apoc. 3.
11.
Esdr. ibi-
dem.*

*Dan. 5.
2. Esdr seq.*

*Job. 33.
11. juxta
LXX
Eph. 5.
5.*

*Zach. 9.
17. juxta
LXX.*

*Ibid. 3.
13. Esdr seq-
uent.*

(1) Denique legendum recte monet Florius.

atque restitui; & licet fuisset etiam alteri copulata, tamen ei aufertur, & illi cuius prius erat destinatur. Polluisti uxorem David: ne ulterius hoc præsumas; sed si-
cūt ille fecit, qui eam acceperat, flens ac lugens redde atque restitue.

Gen. 3. 1. 20. Ac forsitan suggesserat tibi illi sapientior omnibus bestiis, & consiliator antiquus, quia possis istam pœnitentiam, quam suademus tibi, in senectute tua age-re, & nunc famem desiderij tui sub conjugij nomine sa-tiare. Sed tu ne extinguis evangelicam scintilam humo-re vitorum, quæ de illo totius libri igne procedit, ubi ait: *Stulte, hac nocte exposietur anima tua à te.* Si enim apud quos honesta conjugia sunt, diuturna esse non pos-sunt; apud te ubi cum crimen copulantur, qualiter per-manebunt? Veniat ille qui dicit, crimen hoc emenda-dum nuptiis, & de sceleris tanti nomine conjugium esse vocandum. Conjugium enim religiosi nominis vocabu-lum est, quoniam Deo auctore concessum est. Ecce ho-nestis conjugiis clamat Apostolus: *Habentes, tanquam non habentes.* Et quis dicit, Adulter habeat, utatur, exerceat? Sed video ad quid se pro sui defensione con-vertat; scriptum est enim, inquit: *Melius est nubere, quam uri.* Hoc de virgine dictum est, vel vidua. Ista jam vir-go non est. Tunc urebatur, & nupsit: nunc jam refrige-retur, & viyat. Virgo non est, quia corrupta est: Vidua non est, quia vir ejus vivit in æternum. Ut quid ergo ei nuptias suadetis? Vis scire quæ sit Apostolica senten-tia de hoc errore? Ait in Epistola sua: *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes quidem, ita ut uxorem Patris sui quis habeat.* Ecce quiddam factum simile. Uxor Patris erat hæc juvencula, quæ deliquit, illitus Patris, qui nos genuit in verbo veritatis. Tunc credo ei in conjugium copulata est, quan-do secundum exemplum Rebecca ad Isaac de Mesopo-tamia venientis pallium, quo velaretur caput, accepit. De hoc facto Apostolus dicit: *Dedi hujusmodi haminem Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvis fiat.* Num-
2. Cor. 7. quid dixit, Jussi, ut ei quam corruperat, rubat? Sed,
Abd. v. 9.

*Gen. 24.**6. Cor. 5.**2.**Gen. 24.**6. Cor. 5.**2.*

dedi eum Satane in interitum carnis. Satanas enim interpretatur *contrarius*; per quod credo significat ut quid quid contrarium deliciis, quidquid contrarium voluntati est, totum caro sentiat, quae deliquit, *ut spiritus salvus fiat in diem Domini nostri Iesu Christi.*

21 Sed & tu frater, quisquis tibi hoc suaserit execrare. Aspice enim quia nunquam in sacrificiis pecora senio confecta jugulantur, sed ubique, aut agnus, aut vitulus, aut hircus, aut hædus immolatur, id est, tenera adhuc & parva, vel modica peccata. In uno tamen loco Eliam legimus bovem obtulisse, sed hoc semel tantum. Hoc uni licuit Salvatori, qui inveterata totius populi peccata jugulavit. Sed nec tu putes adhuc, hædum tenerum tuum esse peccatum. Mihī crede, hircus est. Ecce per quod terrarum tractus fotografistui, hoc est, famæ turpis opinio peragravit. Qualiter ergo quod ita foget, non hircus esse dicitur? Propheta beatum dicit esse eum, qui tenet paryulos Babylonis, alluditque ad petram. Et tu expectas, donec gigas tuus inimicus efficiatur? Sed si vis scire, jam gigas est. Mex enim ut cupierunt filij Dei filias hominum, nati sunt inde gigantes, (1) quod enormous nimium, & ultra staturam peccaminum reliquorum gigantis forma est. Ac si quis est fortasse qui dicat, quia David eam quam adulteravit, etiam in conjugium suæ societatis adsciverit; non est causa consimilis: hæc enim conjux regis, illa autem uxor militis fuit. Ille utpote homo terrenus, potuit factione subdolæ artis interfici. Rex autem iste caelestis est, cuius uxoris corrupta est, atque violata. Nequaquam ei passio mortis adproximat, qui non est temporalis, sed aternus. Et tamen David, non præsente Uriᾳ Hethao, quamvis milite suo, quamquam homine terreno, præsumpsit sibi concubitu Bersabeæ. Nonne non solum ingerere ei, sed etiam extorquere conatus est, ut post cibum potumque

*Exod. 29.
alibi.*

*Reg. 3.
18.33.*

*P. 136
9.*

Gen. 6.4

*2. Reg.
11.27.*

Ibid. v.

13.

ni, omimo ob sepius milie son, osil quem
(1) B. nati sunt inter gigantes & petram. Retinent hæc, ni fallor vera scriptura vestigia: Nati sunt in terra gigantes, & Rephaim Florius.

quem subdola arte largius jufferat ministrari, domi suæ toroque cubitaret? Tu qualiter vivente viro ac præsente simul & Rege, quod his majus est, immortali atque perpetuo, concubitum tibi adulteræ vindicabis? Sed fortasse dicas: Agnita stupri causa, vir ejus eam dejecit ac repulit. Fallis te frater, quia per Propheta

I. 50. 1. tam ipse proclamat: *Quis liber repudij matris vestra,*

Jer. 8. 4. quo eam dimisi? Et alibi: *Numquid qui cadit, non resurget? Aut avertens non convertetur?* *Quare non paenitet populus meus à malitiis suis,* & detenti in proposicio-

of. 1. 2. 5. ne sua maligna noluerunt reverti ad me? Ecce Propheta seqq. ex præcepto Domini meretricem duxit uxorem; & tu

dicis animam ad perditionem à Deo esse projectam? Sed nec ego contradico huic conjugio, si potest talem fructum ex hoc matrimonio procreare, qualis processit

2. Reg. 12. 25. de Bersabeæ, atque David, quem Dominus per Prophetam *Dirigiam*, (1) hoc est, *in verbo Domini nuncupavit*, qui inter homines dictus est Salomon, hoc est, *Pacificus*, & universi orbis, id est, totius hominis

tenuit principatum. Talis filius nascitur ex pœnitentia: tales parturiunt gemitus & lamenta plangentium. Deinde ipse beatus David, cum in adolescentia sua cum adultera deprehensus sit, in senectute cum virgine invenitur; ut intelligamus, quia post peccatum longa castitas imitatrix est virginitatis. Sed & tu imitare Davidem, ut quam habuisti in corruptelæ vitio collegam, habeas in pœnitentia labore consortem: non ut con-

juncti pœnitentias, sed ut separati ab alterutrum, unum opus agendo jungamini; quia fumantem a thuc de incendio titionem, cito vorax flamma comprehendit.

22 Ante omnia igitur frater, nequaquam in te desperatio inimica crescat, eo quod afferat ille infidelis, lapsum non posse reparari, cum Dominus dicat: *Quia omnia peccata, & blasphemiae remittentur hominibus: qui autem peccaverit in Spiritum, non remittetur ei.* Ego autem dico, hoc ipsum desperare de Domino, in Spiritu

Matt. 12. 31.

(1) I edidiam in Theodotione.

tum esse peccare , quia Dominus Spiritus est ; & ideo non remittitur ei , quia non crediderit Dominum redere sibi posse quæ perdidit. Quid est enim quod nobis obsistet de venia? Dominus noster omnipotens est. Numquid omnipotenti impossibile est delere peccatum? Dominus noster bonus est ; quia nemo bonus , nisi unus Deus. Numquid in illa præcipua bonitate & perfecta potest hoc vitium cadere , ut non audiat deprecantem?

Luc. 18.
19.

Age ergo amice , consurge ; & perdita inter fluctus sæculi mercede , atque substantia , velut naufragus ad unam tabulam . hoc est , ad scientiam te divini canonis tene , quæ te adducat ad litus , ubi ait : *Si dereliquerint filij ejus legem meam , & in judiciis meis non ambulaverint : si justificationes meas profanaverint , & manda- ta mea non custodierint : visitabo in virga iniquitates eorum , & in verberibus peccata eorum ; misericordiam au- tem meam non dispergam ab eis , neque nocebo in verita- te mea.* De cuius hoc filii dicitur ? Nonne Domini nostri Jesu-Christi , quos Ecclesiastici fontis uterus , & se- creti ac perplexi vulva mysterij parturivit , quos natos Crucis cuna suscepit , Evangelij mamilla lactavit ? Vis & scire quia baptizati , non Cathecumeni , filii appellan- tur? Aspice , quod ipse Apostolis suis dixit : *Fam non Joan. 15. dicam vos servos , sed filios.* Et tu ergo , si filium fuisse te 15. ami- cōs. nosti , hoc est , si Apostolicum in te aliquid habuisti , nec sic desperare permitteris. Si vero servi , hoc est , peccatoris usus es semper officio , major tibi detur ad consurgendum audacia ; quia ejus qui de humili labi- tur , levior est ruina , & minoris iracundiae pondere prægravatur is , qui semper in errore versatus , ad rectam aliquando se convertat vitam , quam is qui post sanctos actus turpiter vixerit , & veterem pannum rudi adsuerit vestimento. Quid vero illud quod dicit ad Ecclesias suas in Apocalypsi , quæ inter fidelium numerum septifor- mibus candelabris sub custodia Angelica comparantur?

Marc. 2.

21.

Memento , unde occideris , & age pœnitentiam , & prio- ra opera tua fac : alioquin venio tibi cito , & amovebo Apoc. 2. candelabrum tuum. Et in priore parte libri innumerum pu-

Apo. 7. populum vidisse se dicit, qui in tribulatione laverunt
14. stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agnis
 quos dicit quia Agnus Dei deducat ad vitæ fontes.
 Quem tamen nos numerum poenitentium esse sentimus,
 quia noanisi per tribulationem planetumque salvati
 sunt.

23. Et tu ergo lava stolam tuam in fonte lacrymarum: fortasse poteris byssum castitatis imitari. Quid si
14. donaverit tibi purpuram, & ut pro nomine ejus succum
 tui cruaris effundas? Coccim autem abundare tibi po-
1. Cor. 9. terit, si erubueris in iis quæ antea gesisti. Nec deerit
27. tibi Hyacinthus, si livore obcalueris corpus tuum, &
 in servitudinem redegeris. Ac sic cum his coloribus for-
 tasse poteris in tabernaculum Domini misceri quando-
 que. Hoc dilectissime frater, tui amore & dolore com-
 pulsus, etiam supra vires meas possibilitatemque ten-
 tavi. Tu habebis in die judicij duplē poenam, si ve-
 lut aspides surda, incantationis nostræ verba respueris,
 aut spēnendum credideris, aut rogantis verbum, aut
 monentis consilium, aut dolentis affectum. Jesus
 Christus filius Dei sublata tibi per invidiam Diaboli, in
 duplum tua bona restitut, siveque reconcilieris Domi-
 no, ut etiam pro nobis qui amici tui sumus, intervenire
 mercaris in Domino nostro Iesu Christo. Amen.



IN.

INDICE DE LAS COSAS MAS NOTABLES de este Tomo XV.

A

- A** Mphiloquios, Pueblos. 21.
Aquarum Consularis. 86.
 Aquas flavias. 76. 1.
 Aras Sestianas. 45. y 52.
 Arrotreas. 26. y 41. 291.
 Artabros, Pueblos. 25. y 43.
 Astura, Rio. 45.
 Asturcones, Caballos. 29.
 Astures 26.
 Asturias, parte de Galicia. 12.
 Su costa. 44.
 S. Audito. 293.
 Avito Bracatense. 103. y 306.
 Otros Avitos. 309.
 Aunios, Isla. 56.
 Ayo, Rio. 31.
 S. Autberto Obispo. 109.

B

- B** Achiaro, Escritor. 351. Sus
 Obras à la letra. 470.
 Balconio, Obispo. 91. 102.
 S. Basilio Martyr. 291.
 Belgica, Pueblo. 59.
 Belon, Rio. 34.
 Benedicta, Religiosa. 146.
 Benis, Rio. 34.
 Bibalos, Pueblos, y Bibeí, Rio.
 49. y 76.
 Bilbilis, Rio. 49.

- Bracaros, Pueblos. 16. y 78.
 Origen de su nombre. 79.
 Braga. Su Convento Juridico.
 74. Su situacion. 81. Llamada
 Augusta. 82. Sus Prelados. 93.
 Arcarico. 169.
 Argimiro. 173.
 Balconio. 102.
 Dulcidio. 173.
 Faustino. 157.
 Felix. 158.
 Flaiano. 174.
 Fridesindo. 168.
 S. Fructuoso. 138.
 Hero. 178.
 Julian. 135.
 Leodegiso. 155.
 Liuva. 156.
 Lucrecio. 110.
 S. Martin. 111.
 Nauitiano. 174.
 Pantardo. 133.
 Paterno. 100.
 S. Pedro de Rates. 93.
 Potamio. 136.
 Profuturo. 107.
 Restauracion de Braga. 178.
 Honor de su Metropoli. 183.
 Sus Sufraganeos. 184. Fue
 Primada de Galicia, mas no
 de las Espanas. 243. Sus San-
 tos. 264. Algunos Varones

ilustres Bracarenses. 305.
 Brigancio , Pueblo. 18. y 69.
 Brito (Fr.Bernardo) 189.y sig.
 Broquel antiguo.50 De los Gallegos. 29. y 50.
 Bruto (Decimo Junio) venció a los Gallegos. 1.17.36. 37. y 66.

C
 Aballos de Galicia , y Asturias. 29.
 Cale , y Calaicos. 5.
 Calibe , Rio 30. y 49.
 Candamio , monte. 64.
 Cantabria, parte de Galicia. 12.
 Caporos , Pueblos. 24.
 Casiterides , Islas. 57.
 Celado , Rio. 32.
 Celerinos , Pueblos. 77.
 Celia , bebida. 27.
 Ceponio , Obispo. 92. y 106.
 Celticos. 4. y 24.
 Cilenos , Pueblos , 23. y 75.
 Cinania, o Cinninia, Ciudad. 67.
 Concilios de Braga. Es fingido el que se atribuye à la entrada de los Suevos sub Pancracio. 189. Concilio I. de Braga. 227. Concilio II. 235. Concilio que se dice de Lugo. 234. Concilio III. Bracarense. 239.

Contador de Argote, impugnando sobre una Inscripción de Cayo Cesar. 19. Sobre las Aras de Augusto. 54. Sobre una inteligencia de Idacio,

61. Sobre un titulo del Código Theodosiano. 86. Sobre el Obispo Simphosio. 107. Corticata , Isla. 56. Coru , promontorio. 55. S. Cucufate. 287.

E

Echeria Virgen. pag. 360.
 S. Engracia 304.
 Equesos , Pueblos. 77.
 España, madre de Emperadores , y Emperatrices. 70.
 Evento , Dios. 85.

F

SAN Flaviano. pag. 301.
 Florio , Escritor. 352.
 Florio , Rio. 42.
 S. Fructuoso , Obispo de Braga. 138. Su vida escrita por S. Valerio. Alli. Ponese à la letra. 450. Sus escritos. 151. Su traslacion à Santiago. 151. y 464.

G

Galicia. Varios modos de escribir su nombre 2. Su ethimología. 2. Sus límites. 7. En quanto Region. 8. y 17. En quanto Provincia. 12. No abrazó la tierra de Campos, ni la de Salamanca. 13. Sus Regiones , y gentes. 15. Sus Islas. 57. Sus montes. 58. Noticias antiguas de su Provincia. 65. Tiempo de su separación. 12.

racion de Lusitania, y de la Tarragonense. 70. Reyno el mas antiguo. 73. Sus Conventos Juridicos. 73. No tuvo dos Metropolis. 88. Sino solo en tiempo de los Suevos. 185. Pero estas no compusieron dos Provincias. 253. y sig. Sus Concilios. 188. Galos Celtas en España. 4. Gravios, Gronios, y Grovios. 20. Griegos en Galicia. 21. y sig.

HArduino impugnado sobre los Pescos. 44. Helenes, Pueblos. 22.

IDacio Obispo. 92. Ilicinario, monte. 63. Inscripcion de Cayo Cesar. 19. De Jupiter Ladico. 63. de Jupiter Candamio. 64. De Jupiter Candiédon. 65. De Aquas oulavias. 76. de Braga. 84. Isis Augusta. 84. Islas de los Dioses. 56. Otras. Alli. Ivia, Rio. 42.

JUlio Cesar en Galicia. 68.

LAdico, monte. pag. 63. Lancia, Ciudad. 46.

Lapatia, Pueblo. 55. Legados de la Tarragonense, y Galicia. 11.

S. Leoncio. 301. Leron, Rio. 41. Lethes, Rio. 33. Leunos, Pueblos. 17. Libunca. 42. Limia, Rio. 34. Lugo Metropoli. 185. y 234.

MAbillon (Bernardo) impugnado. 140. S. Martin Dumense y Bracarense. Su vida. 111. Sus Escriptos. 125. y sig. Ponense a la letra. 383. Mearo, Rio. 44. Medulio, Monte. 39. y 60. Melso, Rio. 47. Metropoli de Galicia. 88. Minio, Rio. 37. Miño, Rio, es propriamente el Sil. 38. Monte furado de Galicia. 64. Migeres Gallegas. Sus costumbres. 29. Su valor. 66.

NSAN Narciso. pag. 301. Narvasos, Pueblos. 61. Navilubion, Rio. 43. Nelo, Rio. 42. Nerio, promontorio. 52. Neros, Pueblos. 24. y 57. Nervasio, monte. 61. Nevis, Rio. 32.

Nit.

Numancia. 15. y 220.

O

DEL Olvido., Rio. 33. y 35.

Orosio., explicado sobre

Numancia. 15. Su. Patria.

314. Sus Escritos. 346.

S. Ovidio. 293.

P

PApebrochio, impugnado. 97.

Paulo Orosio. V. Orosio.

Pedro Obispo de Biterris. 152.

S. Pedro de Rates. 93.

Peficos , Pueblos. 44.

Plinio, expuesto en una voz. 37.

Culpado en omission de Pue-

blos de Galicia. 15. y 76.

Portucale. 6. y 81.

Presamarcos. 24.

Primacia de las Espanas, no cor-
responde a Braga. 244. y sig.

Ptolomeo. Sus Tablas, y Ma-
pa de Galicia. 365. y sig.

Q

Quesnel impugnado sobre las

Metropolis de Galicia. 87.

S

Acro , monte. pag. 62.

Salia , Rio. 48.

Sar , Rio. 41.

S. Secundino. 299.

Seuribos , Pueblos. 18.

Sexto Apuleyo, Consul. 53.

Sil , Rio. 38.

S. Silvestre. 284.

Simphosio; Obispo. 107.

Suevos. Dilataron sus Conqui-

sas fuera de Galicia. 72.

Santa Susana. 284.

T

TAMARICOS, Pueblos. 24.

Tambre , Rio. 41.

Theodosio , Gallego. 70.

Tiburos , Pueblos. 49.

S. Toribio de Astorga. 93. y sig.

S. Torquato, Felix. 164. Otro.

285.

Touriñan , Cabo , mal escrito

entre los modernos. 42.

Trileuco, promontorio. 55.

Turres Augusti, perseveran has-
ta hoy. 41.

V

VELICA , Pueblo. 59.

VIA , y Ulla , Rio. 41.

S. Victor Martyr. 265. No hu-

vo en Braga Obispo de aquel

nombre. 270. Ni merecen

credito las Relaciones que

hay sobre sus Reliquias. 279.

Villano , Cabo. 42.

Vindio , monte. 58.

Viriato , Gallego. 65.

Urbico , Rio. 46.


Z

ZOCLE , Pueblo , y su Lina.


12.

Zytho , bebida. 27.

L A U S D E O.







FLOREZ
ESPAÑA
SAGRADA

EDM

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954

954